



ANACREONTIS

CARMINUM RELIQUIAS

EDIDIT

THEODORUS BERGK.



LIPSIAE,
SUMTU REICHENBACHIORUM FRATRUM.

MDCCCXXXIV.

PRAECEPTORIBUS OPTIMIS,

GODOFREDO HERMANNO,

FR. GUIL. EHRENFR. ROSTIO,

FRANZ. VOLKM. FRITZSCHIO,

D. D. D.

THEODORUS BERGK.

Lyricorum poetarum, qui inter Graecos enituerunt, memoria et opera cum his temporibus multorum studio atque sedulitate illustrata sint, satis mirum est Anacreontis carminum reliquias diuturno vetustatis situ obducta jacere et senescere. Quas cum ego a praejudicatis plurimorum hominum opinionibus liberare et ab oblivione ac silentio, quantum ego potui, vindicare studuerim, feci id multum et saepe ab amicis rogatus. Operam autem dedi, ut quae ex Anacreontis carminibus hic illic servata essent, accurate colligerem: verum cum haec studia in magna quadam litterarum varietate versentur (infinita enim paene earum vis est et materia) non dubito quin plura me latuerint, praecipue cum multa ex reconditis atque abditis

fontibus haurienda sint, ad quos penetrare nobis Lipsiensibus aegre licet. Ea autem, quae collecta habebam, studui melius conformare et pristinum nitorem pro virili parte iis restituere. Quod si saepius a vero aberraverim, spero me veniam ab aequis judicibus impetraturum esse; norunt enim qui his studiis operam dant omnes, quam difficilia, quam impedita, quam dubia sint pleraque in his rebus. Nihil autem magis exopto, quam ut de his, quae mihi adolescentulo paene invito rudia atque inchoata exciderunt, ab aliis aliquid perfectius atque politius proferatur, quo opera mea in Anacreontis carminum reliquiis conformandis collocata oblitteretur. Non tamen stultum prorsus et inanem laborem spero me suscepisse; censeo enim etiam eos de litteris bene promereri, qui cum ipsi nihil egregium, nihil perfectum omnibusque numeris absolutum in medium proferre possint, iter tamen, quo alii summum fastigium possint assequi, quasi muniant et alios excitent, ut in eodem studio enitantur.

Jam vero quamquam nunc de pluribus sententiam meam mutavi, non tamen lubet

haec accuratius persequi: de paucis quibusdam monuisse sufficiat.

Quod suspicatus sum p. 14. Pythermi versum istum:

Οὐδὲν ἦν ἄρα τἄλλα πλὴν ὁ χρυσός,

exordium scolii fuisse, id jam licet confirmare auctoritate Prov. Vatic. III. 14: *Οὐδὲν ἦν ἄρα πλὴν ὁ χρυσός· αὕτη ἀρχή ἐστι σκολιοῦ· ἀνατιθοῦσι δὲ αὐτὸ Πυθέρμωνι.* Scr. *Πυθέρμῳ.*

Dixi p. 34. Anacreontem ibi fere semper numerum Glyconeum terminavisse, ubi oratio ipsa ad finem perducta sit: minus hoc curaverunt tragici poetae, qui saepe in media verborum conclusione Pherecrateum interponunt: uno utar exemplo: apud Plutarchum de Pyth. oracul. VII. haec leguntur: *Οἱ μὲν οὖν περὶ τὸ Γαλάξιον τῆς Βοιωτίας κατοικοῦντες ᾔσθοντο τοῦ θεοῦ τὴν ἐπιφάνειαν ἀφθονίᾳ καὶ περιουσίᾳ γάλακτος· προβάτων γὰρ ἐκ πάντων κελάρυξεν, ὡς ἀπὸ κρηνάων φέρτατον ὕδωρ, θήλεον γάλα· τοὶ δὲ ἐπίμπλων ἐσσύμενοι πίθους· ἀσκὸς δ᾽ οὔτε τις ἀμφορεὺς ἐλίννυε δόμοις· πέλλαι δὲ λίθινοι πίθοι πλᾶσθεν ἅπαντες.* In quibus poetae

alicujus tragici, ut videtur, versus latere manifestum est: sic autem ille scripserat:

Προβάτων γὰρ
Ἐκ πάντων κελάρυξεν, ὡς
Κρηνᾶν φέρτατον ὕδωρ,
Θήλεον γάλα· τοὶ δ' ἄρ' ἐμ-
Πίμπλων ἐσσύμενοι πίθους·
Ἀσκὸς δ' οὔτε τις ἀμφορεὺς
Ἔλινυε δόμοισιν.
Πέλλαι γὰρ λίθινοί τε καὶ
Πίθοι πλᾶσθεν ἅπαντες.

Quamquam particula *γάρ*, quae ab initio legitur, fortasse Plutarchi est: praepositio *ἀπὸ* ante *κρηνάων* delenda erat; addita enim est a librario ut genitivum explanaret. Ineptissimum erat quod legebatur: *Πέλλαι δὲ λίθ.* causa enim indicari debet, cur amphoras quoque adhibuerint: scripsi igitur: *Πέλλαι γὰρ λίθινοί τε καὶ πίθοι.*

Restitui p. 37. in Sapphus Fr. XX. enneasyllabos Sapphicos cum Glyconeis copulatos: et eosdem numeros junxit etiam Sophocles in Philocteta v. 139:

Καὶ γνώμα, παρ' ὅτῳ τὸ θεῖον
Διὸς σκῆπτρον ἀνάσσεται.

et in antistropha v. 154:

Καὶ χῶρον τίν' ἔχει· τὸ γάρ μοι
Μαθεῖν οὐκ ἀποκαίριον.

Et Alcaeus quoque iisdem numeris usus esse videtur in Fr. LX:

— Ἐκ δὲ ποτηρίων
Πῶ, νῆς Δεννομένη παρίσδων.

Dixi p. 48. de illo δῶρον Ἀφροδίτης, usus praeter alia etiam Theognidis versu 1331 (quocum conferas ibid. v. 1304. et 1381.) sed is hic non debebat referri: comparari potius potest ejusdem Theognidis v. 1291:

Πατρὸς νοσφισθεῖσα δόμων ξανθὴ Ἀταλάντη,
Ὤιχετο δ' ὑψηλὰς ἐς κορυφὰς ὀρέων,
Φεύγουσ' ἱμερόεντα γάμον, χρυσῆς Ἀφροδίτης
Δῶρα· τέλος δ' ἔγνω καὶ μάλ' ἀναινομένη.

Quod restitui Anacreonti p. 80:

Ὦ Δεύνυσε, δέχεσθαι.

id conjecit etiam, ut ex Guilelmo Dindorfio comperi, frater ejus Ludovicus.

De conjectura, quam proposui p. 102:

Νῆνι ποικιλοβαμβάλῳ

valde dubito: verum vidit Seidlerus.

Non solum Apollonius, cujus versus adscripsi p. 136. sed etiam Philostratus Imagg. VIII. Amorem tesseris ludentem facit: dicit enim: *Οἱ ἐν τῇ Διὸς αὐλῇ ἀθύροντες Ἔρως οἶμαι καὶ Γανυμήδης, εἴ τι χρὴ τὸν μὲν τῇ τιάρᾳ νοεῖν, τὸν δ' ἀπὸ τοῦ τόξου*

καὶ τῶν πτερῶν ἐς ἐπίγνωσιν ἄγειν. ἀθύρουσι μὲν οὖν ἀστραγάλοις οὗτοι· γεγράφαται δὲ ὁ μὲν ὑβριστικῶς ἐπιτωθάζων καὶ πλήρη τῆς νίκης τὸν κόλπον ἀνασείων. ὁ δὲ δυοῖν ἀστραγάλοιν ἔτι τὸν μὲν καὶ αὐτὸς ἀπολωλεκώς, τὸν δ' ἐφ' ὁμοίᾳ προπέμπων ἐλπίδι et quae sequuntur.

Fragmentum LIX (p. 180) fortasse non est pars ionici tetrametri, sed trimeter ionicus praemissa anacrusi; sicuti supra Fr. XLIV:

Ἀστραγάλαι δ' Ἔρωτός εἰσιν μανίαι τε καὶ κύδοιμοι.

Simillimus est Sophoclis in Philocteta versus 1182:

Μὴ πρὸς ἀραίου Διὸς ἔλθῃς, ἱκετεύω.

Nam hunc versum e genere Ionicorum esse mihi persuasum est: et praecesserunt ionici v. 1176:

ΧΟ. Τόδε γὰρ νοῶ κράτιστον.
ΦΙ. Ἀπό νύν με λείπετ' ἤδη.

In Hygini Poet. Astron. II. 8: (vid. p. 194.) „Hegesianax autem Thesea dixit esse qui Troezene saxum extollere videtur: quod existimatur Aegeus sub eo saxo Ellopium (al. Elopium, Hellopium, Allopium) ensem posuisse et Aethrae Thesei matri

praedixisse, ne ante eum Athenas mitteret, quam sua virtute lapide sublato, potuisset gladium patri referre.“ recte puto me conjecisse: *Aedepsium* ensem: Callimachus apud Stephanum Byzant. *Αἴδηψος· πόλις Εὐβοίης — ὁ πολίτης Αἰδήψιος· Καλλίμαχος Ἑκάλῃ·*

Ἄρκιος ἢ χείρεσσιν ἑλὼν Αἰδήψιον ἄορ.

quae ad eundem illum ensem referenda sunt. In illo enim carmine Callimachus haec pluribus persecutus erat: conferas Tzetzen ad Lycophronem p. 79: *Ἐγκύου δὲ τῆς Αἴθρας γενομένης ὁ Αἰγεὺς ὑπὸ κοίλην πέτραν ἔθετο ξίφος καὶ ὑποδήματα, ὥς φησι Πλούταρχος καὶ Καλλίμαχος.* Et deinde Callimachi versus adscripsit:

Ἐν γάρ μιν Τροιζῆνι κολουραίῃ ὑπὸ πέτρῃ
Θῆκε σὺν ἀρπίδεσσιν.

Plutarchus vit. Thesei c. 3: *Συνελθὼν δὲ καὶ γνοὺς ἐκεῖνος ὅτι τῇ Πιτθέως θυγατρὶ συγγέγονε καὶ κύειν αὐτὴν ὑπονοήσας, ἀπέλιπε ξίφος καὶ πέδιλα, κρύψας ὑπὸ πέτραν μεγάλην, ἐντὸς ἔχουσαν κοιλότητα συμμέτρως ἐμπεριλαμβάνουσαν τὰ κείμενα· φράσας δὲ πρὸς μόνην ἐκείνην καὶ διακελευσάμενος, ἂν υἱὸς ἐξ αὐτοῦ γένηται καὶ λαβὼν ἀνδρὸς ἡλικίαν δυνατὸς ᾖ τὴν πέτραν ἀναστῆσαι καὶ*

ὑφελεῖν τὰ καταλειφθέντα et quae seq. Ad Hecalem etiam Fr. 313. ed. Blomfield. referendum puto:

Πέδιλα, τὰ μὴ πύσε νήχυτος εὐρώς.

Non solum Alcman et Alcaeus usi esse videntur tetrametro jambico acatalecto (p. 217.), sed puto eundem numerum etiam Archilocho vindicandum esse Fr. XLVI. ed. Gaisf.:

Ἔα Πάρον καὶ σῦκα κεῖνα καὶ θαλάσσιον βίον.

Quae p. 219. dixi de illo: *Πάλαι ποτ' ἦσαν*, iis adde Diodor. Excerpt. Vatican. XLVII. p. 40. ed. Dindorf.: *Ὅτι Κᾶρες ὑπὸ Περσῶν καταπονούμενοι ἐπηρώτησαν περὶ συμμαχίας, εἰ προςλάβοιντο Μιλησίους συμμάχους· ὁ δὲ ἀνεῖλεν·*

Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.

Adde etiam Arsenium Violet. p. 403. idem p. 443. affert Fr. CXLIII. ibidem p. 110. legitur Fr. XLVIII. et Fr. LXIV. prorsus ita scriptum ut apud Clementem Al. nisi quod *μέλπομεν* et *ἀείδει* ibi editum est.

Fr. XCI. p. 224. Debebam potius corrigere:

Διὰ δηῦτε Καρικεργέος.

uti *Ἀττικουργής*, alia dicuntur.

Erxionis nomen, quod reperitur in Fr. XCIV. p. 234. videtur restituendum esse Archilocho, cujus versus legitur sic scriptus apud Clement. Alexandr. Str. VI. p. 139:

Καθάπερ ἀμέλει κἀκεῖνο τὸ ἔπος

Ξυνὸς ἐνυάλιος, καί τε κτανέοντα κατέκτα.

μεταποιῶν αὐτὸς ὧδέ πως ἐξήνεγκεν·

Ἤρξω· ἐτήτυμον γὰρ ξυνὸς ἀνθρώποις Ἄρης.

Scribo:

Ἐρξίων, ἐτήτυμον γὰρ ξυνὸς ἀνθρώποις Ἄρης.

Fr. XCVIII. p. 238. fortasse neque tetrametri trochaici neque trimetri jambici claudi particula est, sed integer versus dimeter catalecticus claudus: de quo dixit Plotius p. 2648: „De dimetro catalectico clodo trochaico. Trochaicum dimetrum catalectum clodum fit hoc modo, cum penultima syllaba debens brevis esse longa sit, ut:

Gratiae decorae stant.“

Constitui p. 263. duos continuos tetrametros trochaicos; quibus iterum usus est Anacreon, si hi versus Teio poetae recte tributi sunt, in Epigr. XIX:

Ἀλκίμων σ', ὠριστοκλείδη, πρῶτον οἰκτείρω φίλων,
Ὤλεσας δ' ἥβην ἀμύνων πατρίδος δουληίην.

Ibidem alium versum, qui legitur apud He-

phaestionem p. 34. Anacreonti vindicare studui:

Ἐρξίη πη δηῦτ' ἄνολβος ἀθροΐζεται στρατός.

et haec de Dario esse dicta putavi, confisus iis, quae leguntur apud Herodotum L. VI. 98: *Δύναται δὲ κατὰ τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν Δαρεῖος Ἐρξείης.* (al. cod. *Ἐρξίης.*) sed nunc comperi ab Eduardo Wundero corruptum sibi videri illum Herodoti locum: ingeniosam conjecturam ipse, ut spero, mox publici juris faciet.

Scripsi Lipsiae die XII. mensis Augusti
MDCCCXXXIV.

ANACREONTIS

CARMINUM

RELIQUIAE.

Anacreon qualis fuerit poeta, maxima inter homines doctos dissensio est: neque mirum est, diversissimas hominum sententias ibi reperiri, ubi ne res quidem ipsa, de qua judicium ferendum est, ita explorata est atque cognita, ut eadem omnibus videri debeant, ut non solum opinio, cujus varia ac dubia est species, sed veritas, quae una semper est atque eadem, ab omnibus percipiatur: ad quam investigandam acri et incorrupto judicio, sensu veri pulcrique a praejudicatis opinionibus libero, magna denique rerum plurimarum cognitione opus est: sed plerique quoniam ex ea, quae prima cuique species oblata est, judicare solent, secus statuunt et a vero prorsus deflectunt: hinc repetendum est, quod tantopere hominum doctorum sententiae inter se differunt.

Graviter vero animadvertenda atque castiganda eorum perversitas est, qui ex istis cantiunculis, quas Anacreontis appellare solent, summum poetam qualis quantusque fuerit, aestimari posse arbitrantur. Nihil autem turpius, nihil indignius homine docto neque dici neque fingi potest, quam eorum levitas, qui, quoniam ipsis perexigua linguae cognitio est, ignoratio metrorum numerorumque summa, artis denique poeticae sensus aut nullus aut perversis opinionibus praepeditus, ista carmina tanquam perfecta et omnibus numeris absoluta ingenii monumenta admirati summis celebrant laudibus,

et ipsum poetam, cujus jucundam suaviloquentiam mellis instar profluentem ne primoribus quidem delibaverunt labris, ad coelum usque efferunt: neque profecto sua laude ille spoliandus; at vero deripienda est arescens laurea ab istis hominibus capiti ejus imposita. Alii quoniam judicio et veri pulcrique sensu non prorsus destituti erant, cum intellexissent, istas cantiunculas nimis leves esse nimisque abjectas et deformes, non tamen erubuerunt ipsi poetae hoc crimini vertere. Alii denique, id quod dudum a viris summis animadversum fuit, perspexerunt haec omnia falso Anacreonti tribui: omnes vero id neglexerunt iter ingredi, quod insistendum est ei, qui ex vero de ipso poeta judicare velit.

Nam sicut is, qui de egregio aliquo pictore judicium laturus est, ipsam aliquam picturam, quae sola conservata est, licet senescentem jam atque vetustate ita evanidam, ut vix forma et extrema quaedam quasi lineamenta supersint, considerat, atque quantum fieri potest, conservat et coloribus renovat iisdem, quibus illa antea fuerat, neque ex tabula recenti ad exemplum illius ab homine imperito picta ipsum artificem aestimat; ita qui Anacreontem qualis fuerit poeta cognoscere velit, debet reliquias carminum ejus ab oblivione ac silentio vindicare, quas jam ita obsoletas esse videmus, ut non modo non legantur, sed etiam plane ignorentur. Hac reliquiae, etsi perexiguae et tenues conservatae sunt, si renovatae atque a vetustatis situ purgatae et inter se compositae fuerint, tum demum ex his cognosci poterit, quid fuerit, quod non aequales solum, sed etiam posteri in hoc poeta potissimum sint admirati.

Tota autem Anacreontis poesis sacra quasi est Libero atque Veneri, ut nullum fere carmen compo-

suisse videatur, in quo non Bacchi laudes celebraverit, aut, ut erat elegans formarum spectator, pulcri alicujus pueri puellaeve florem praeconio suo decoraverit: id quod non solum ex carminum exiguis reliquiis cognoscimus, sed etiam locupletium testium auctoritate confirmatur. Ovidius Trist. L. II. v. 363:

> Quid nisi cum multo Venerem confundere vino
> Praecepit lyrici Teia Musa senis?

Et Cicero quidem in Tuscul. Quaest. L. IV. 33. nihil nisi amatoria carmina eum composuisse aperte dicit: „Quid denique homines doctissimi et summi poetae de se ipsis et carminibus edunt et cantibus? Fortis vir in sua re publica cognitus quae de juvenum amore scribit Alcaeus? Nam Anacreontis quidem tota poesis amatoria est.“ Idem significat Apulejus in Apologia T. II. p. 398. ed. Oudend. „Fecit versus Apulejus: si malos, crimen est, nec tamen id philosophi, sed poetae: si bonos, quid accusas? At enim ludicros et amatorios fecit? Num ergo haec sunt crimina mea et nomine erratis, qui me Magiae detulistis? Fecere tamen et alii talia, et si vos ignoratis apud Graecos Teius quidam et Lacedaemonius et Ceus cum aliis innumeris, etiam mulier Lesbia, lasciva illa quidem tantaque gratia, ut nobis insolentiam linguae suae dulcedine carminum commendet.“ Pausanias autem L. I. c. 25. Anacreontem primum post Sapphonem carmina maxima ex parte amatoria scripsisse dicit: *Τοῦ δὲ τοῦ Ξανθίππου πλησίον ἕστηκεν Ἀνακρέων ὁ Τήιος, πρῶτος μετὰ Σαπφὼ τὴν Λεσβίαν τὰ πολλά, ὧν ἔγραψεν, ἐρωτικὰ ποιήσας· καί οἱ τὸ σχῆμά ἐστιν οἷον ᾄδοντος ἂν ἐν μέθῃ γένοιτο ἀνθρώπου.* Athenaeus L. XIII. p. 600. D: (*Ἔρωτα*) *ὁ σοφὸς ὑμνῶν ἀεί ποτε Ἀνακρέων πᾶσίν ἐστι διὰ στόματος*: et deinde Critiae versus elegantes atque venustos de Anacreonte adscribit: *λέγει οὖν περὶ αὐτοῦ καὶ ὁ κράτιστος Κριτίας τάδε·*

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Ex magna quadam lascivia ac licentia horum carminum [illegible] significat Clearchus, qui ea a Locricis canticis non differre dicit apud Athenaeum L. XIV. p. 639. [illegible] Σαπφοῦς καὶ Ἀνακρέοντος [illegible]: quas quidem cantilenas [illegible] documento est ea, quae legitur apud Athenaeum L. XV. p. 697. B: [illegible] Λοκρικὰ [illegible], [illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Sic enim scribendum videtur: [illegible] est ita dictum ut apud Aristophanem in Pace v. 930:

[illegible]

Ita autem [illegible] pronunciandum est, ut vocales coalescant. Hinc Dio Chrysostomus Or. II. p. 24. regibus praecipit, ne amatoria Sapphus atque Anacreontis carmina canant: Οὐδὲ γε ᾄδειν τὰ Σαπφοῦς ἢ Ἀνακρέοντος [illegible]. Conferas etiam ea, quae Sextus Empiricus adv. Mathemat. L. I, 13. p. 272 ed. Fabric. de Anacreontis poesi scribit: Ἐκ[illegible] [illegible] ἡ ποιητικὴ καθίστησι καὶ

ὡς γέρων γέροντι γλῶσσαν ἡδίστην ἔχει, οὕτως οἱ μὲν ἐρωτομανεῖς καὶ μέθυσοι τὰς Ἀλκαίου καὶ Ἀνακρέοντος ποιήσεις ἀναγνόντες προσεκκαίονται. οἱ δὲ ὀργίλοι Ἱππώνακτα καὶ Ἀρχίλοχον ἀλείπτας ἔχουσι τῆς περὶ αὐτοὺς κακίας.

At vero Clemens Alexandrinus, qui in Stromat. L. I. p. 365. Anacreontem primum omnium versus amatorios composuisse dicit: *Διθύραμβον δὲ ἐπενόησε Λάσος Ἑρμιονεύς, ὕμνον Στησίχορος Ἱμεραῖος, χορείαν Ἀλκμὰν Λακεδαιμόνιος, τὰ ἐρωτικὰ Ἀνακρέων Τήιος*: a vero aberrat; nam jam dudum ante Anacreontem alii lyrici poetae eandem materiam tractaverant. Primus enim auctor talium carminum fuit Alcman, ut ex Archyta Chamaeleon refert apud Athenaeum L. XIII. p. 600. F: *Ἀρχύτας δὲ ὁ ἁρμονικός, ὥς φησι Χαμαιλέων, Ἀλκμᾶνα* (addendum videtur: *λέγει*) *γεγονέναι τῶν ἐρωτικῶν μελῶν ἡγεμόνα καὶ ἐκδοῦναι πρῶτον μέλος ἀκόλαστον ὄντα καὶ περὶ τὰς γυναῖκας καὶ τὴν τοιαύτην μοῦσαν εἰς τὰς διατριβάς. διὸ καὶ λέγειν ἔν τινι τῶν μελῶν·*

Ἔρως με δαὖτε Κυπρίδος ἕκατι
Γλυκὺς κατείβων καρδίαν ἰαίνει.

Λέγει δὲ καὶ ὡς τῆς Μεγαλοστράτης οὐ μετρίως (sic enim pro *συμμέτρως* corrigendum esse existimo) *ἐρασθείς, ποιητρίας μὲν οὔσης, δυναμένης δὲ καὶ διὰ τὴν ὁμιλίαν τοὺς ἐραστὰς προσελκύσασθαι. λέγει δὲ οὕτως περὶ αὐτῆς·*

Τοῦθ᾽ ἁδεᾶν Μοισᾶν ἔδειξε
Δῶρον μακαιρᾶν παρθένων
Ἁ ξανθὰ Μεγαλοστράτα.

Sic enim scribendum puto pro eo, quod vulgo legitur: *τοῦθ᾽ ἁδεῖαν μοῦσαν ἔδειξε δῶρον μάκαιρα παρθένων* vel *παρθένῳ*. Et Suidas quoque v. *Ἀλκμὰν* hujus generis carminum inventionem ei tribuit: *Καὶ ὢν ἐρωτικὸς πάνυ, εὑρετὴς γέγονε τῶν ἐρωτικῶν μελῶν.* Alcmanem autem ludicras cantiunculas edidisse ostendit etiam Eupolis vel quicunque auctor est illius fabulae, quae Helotes in-

scripta fuit, apud Athenaeum L. XIV. p. 638. D: *Ὁ δὲ τοὺς εἰς Χιωνίδην ἀναφερομένους ποιήσας Πτωχούς, Γνησίππου τινὸς μνημονεύει παιγνιαγράφου τῆς ἱλαρᾶς Μούσης, λέγων οὕτως — ὁ τοὺς Εἵλωτας δὲ πεποιηκώς φησι·*

Τὰ Στησιχόρου τε καὶ Ἀλκμᾶνος Σιμωνίδου τε
Ἀρχαῖον ἀειδέν· ὁ δὲ Γνήσιππός ἐστ' ἀκούειν.

Nam de his potissimum carminibus cogitandum esse, apparet ex eo, quod isti poetae cum Gnesippo comparantur. Et Alcmanis exemplum reliqui poetae lyrici secuti sunt: Stesichorum non abhorruisse ab hoc genere poesis cognoscimus ex Athenaeo L. XIII. p. 601. A: *Καὶ Στησίχορος δ' οὐ μετρίως ἐρωτικὸς γενόμενος συνέστησε καὶ τοῦτον τὸν τρόπον τῶν ᾀσμάτων. ἃ δὴ καὶ τὸ παλαιὸν ἐκαλεῖτο παιδιὰ καὶ παιδικά.* Intelligit autem Athenaeus non illa carmina Stesichori, quae in argumento amatorio dignitatem quandam et severitatem servabant, ut Calyce et Rhadina, sed alias cantiunculas ludicras illas quidem et lascivas.

Sappho autem omnium confessione in hoc carminum genere facile princeps, mulier divino paene ingenio, amore ac desiderio summo flagrans, ut opinantur, hanc amatoriam poesin summo studio illustravit et tanta arte perfecit, ut eam in altissimum fastigium eveheret. Mature admiratio rei atque aemulatio accendit, ut solet, multos ad imitationem. Ita Alcaeus, Sapphus non aetate solum, sed etiam ingenio aequalis, etsi severiorem quandam et sublimius spirantem coluit musam, non tamen dulcedinem amatoriae poesis sprevit. Neque postea consenuit hoc studium, sed videmus fere omnes clari ingenii viros, qui lyricam artem illuminaverunt, ad illorum vestigia persequenda se adplicavisse. Ita et Ibycus, homo animo fervidissimo totusque in amores profusus, hoc potis-

simum carminum genus excoluit et insignem laudem sibi peperit: et Simonides etsi aliud quid, in quo emineret, summo studio petivit, inter hos ipsos poetas, in quorum comparationem contendit, locum sibi aperuit: uterque autem Anacreontis et aequalis et ut videtur aemulus fuit. Nihilo secius ille summorum poetarum in eodem studio enitentium gloria deterritus est, quominus materiam ab illis jam occupatam tractaret, sed acri aemulatione ad consequendos priores accensus est: et quae summa erat in eo ingenii ubertas, nova quaedam incrementa conquisivit, quae substitueret iis, quae ab aliis erant jam consumta, tantaque felicitate usus est, ut priores non modo aequiparavisse, sed etiam vicisse videatur.

Tantum autem abest, ut similitudo ista argumenti iis, qui legant molesta sit aut ingrata, ut omnium animos incredibiliter oblectet atque deleniat: ita enim poeta sapientissimus instituit, ut in summa carminum similitudine atque aequabilitate tamen varietatem quandam et vicissitudinem conservaverit. Scripsit enim etiam carmina in honorem deorum, ut significat Menander de encom. I. 2. in Ald. Rhetor. p. 595: *Κλητικοὶ μὲν οὖν (ὕμνοι), ὁπόσοι εἰσὶν οἱ πολλοὶ τῶν τε παρὰ Σαπφοῖ ἢ Ἀνακρέοντι ἢ τοῖς ἄλλοις μελικοῖς κλῆσιν ἔχοντες πολλῶν θεῶν.* Et carmen I. in honorem Dianae compositum est, carmine autem II. Bacchum implorat, ut sibi propitius opem ferat. Neque vero adversatur huic sententiae id, quod ipsum Anacreontem aliquando dixisse refert Scholiasta Pindari Isthm. II. v. 1: *Ὅτι δὲ περὶ παιδικοῦ ἔρωτος ἦν τοῖς λυρικοῖς ἡ τῶν ποιημάτων σπουδή, δημώδης ὁ λόγος· ταῦτα δὲ τείνει καὶ εἰς τοὺς περὶ Ἀλκαῖον καὶ Ἴβυκον καὶ Ἀνακρέοντα καὶ εἴ τινες τῶν πρὸ αὐτοῦ δοκοῦσι περὶ τὰ παιδικὰ ἠσχολῆσθαι· οὗτοι γὰρ παλαιότεροι Πινδάρου. Ἀνακρέοντα γοῦν ἐρωτηθέντα*

φασὶ, διά τί οὐκ εἰς θεοὺς ὕμνους γράφει, ἀλλ' εἰς παῖδας, εἰπεῖν, ὅτι οὗτοι ἡμῶν θεοί εἰσι. Nam haec quorsum intelligenda sint, neminem latebit: Anacreontis enim hymni, etsi magis serii sunt quam reliqua carmina, servant tamen leporem illum et miram quandam levitatem, quae per totam Anacreontis poesin sparsa est ac diffusa. Ceterum alii dictum illud Simonidi tribuerunt, ut Tzetzes in Chiliad. VIII. 228:

Οὔθ' ὕμνους ἔγραφε θεοῖς αὐτὸς ὁ Σιμωνίδης,
Ἐκκλίνων τὸ ἀνάργυρον, ἔγραφε δ' αἴνους παιδῶν,
Ἀφ' ὧν ἐλάμβανε πολὺ καὶ διαρκὲς χρυσίον.
Ἐρωτηθεὶς δὲ πρός τινων, τί πρὸς θεοὺς οὐ γράφεις;
Πρὸς παῖδας αἴνους γράφεις δέ, ὁ Σιμωνίδης εἶπεν·
Ὅτι οἱ παῖδές μοι θεοί, ὡς ἐξ αὐτῶν λαμβάνων.

Neque vero venustas puerorum solum atque virginum formas carminibus celebravit, sed etiam Polycratem tyrannum praeconio suo non semel exornavit, ut apparet ex Strabonis verbis L. XIV. p. 638: *Τούτῳ (Πολυκράτει) συνεβίωσεν Ἀνακρέων ὁ μελοποιός· καὶ δὴ καὶ πᾶσα ἡ ποίησις πλήρης ἐστὶ τῆς περὶ αὐτοῦ μνήμης.* Similiter, cum Athenis versaretur, Critiam summis laudibus extulit, ut significat Plato in Charmide p. 157. D: *Ἥ τε γὰρ πατρῴα ὑμῖν οἰκία ἡ Κριτίου τοῦ Δρωπίδου καὶ ὑπὸ Ἀνακρέοντος καὶ ὑπὸ Σόλωνος καὶ ὑπ' ἄλλων πολλῶν ποιητῶν ἐγκεκωμιασμένη, παραδίδοται ἡμῖν ὡς διαφέρουσα κάλλει τε καὶ ἀρετῇ καὶ τῇ ἄλλῃ λεγομένῃ εὐδαιμονίᾳ.*

Neque aspernatus est Anacreon irrisionem et satyricum carminum genus: nec mirum: Ionica enim lyrica multo levior est, quam reliquae: neque tamen concitata Aeolum poesis, aut severa Doriensium prorsus abhorruit ab hoc genere irridendi et exagitandi. Alcaeus quidem graviter carminibus vibrantibus adversarios suos insectatus est: ut docet Strabo L. XIII. p. 617: *Ἀλκαῖος μὲν οὖν ὁμοίως ἐλοιδορεῖτο καὶ τούτῳ (Πιττακῷ)*

καὶ τοῖς ἄλλοις, Μυρσίλῳ καὶ Μεγαλαγόρῳ καὶ τοῖς Κλεανακτίδαις καὶ ἄλλοις τισίν, οὐδ᾽ αὐτὸς καθαρεύων τῶν τοιούτων νεωτερισμῶν. Item Quintilianus L. X. l. 63: „Alcaeus in parte operis aureo plectro merito donatur, quia tyrannos insectatus multum etiam moribus confert.“ Quid quod ne Sappho quidem, mulier ingenio tenerrimo, Gratiis semper Venerique libare solita, abstinuit, quominus aemulas inimicasque exagitaret atque lacesseret? Maximus Tyrius XXIV: Ὁ τῆς Λεσβίας ἔρως, εἴτοι χρὴ πρεσβύτερα τοῖς νέοις εἰκάσαι, τί ἂν εἴη ἄλλο ἢ ἡ Σωκράτους τέχνη ἐρωτική; Δοκοῦσι γάρ μοι τὴν κατὰ ταὐτὸ ἑκάτερος φιλίαν ἡ μὲν γυναικῶν, ὁ δὲ ἀῤῥένων ἐπιτηδεῦσαι· καὶ γὰρ πολλῶν ἐρᾶν ἔλεγον καὶ ὑπὸ πάντων ἁλίσκεσθαι τῶν καλῶν. Ὅ τι γὰρ ἐκείνῳ Ἀλκιβιάδης καὶ Χαρμίδης καὶ Φαῖδρος, τοῦτο τῇ Λεσβίᾳ Γύριννα καὶ Ἀτθὶς καὶ Ἀνακτορία· καὶ ὅ τιπερ Σωκράτει οἱ ἀντίτεχνοι, Πρόδικος καὶ Γοργίας καὶ Θρασύμαχος καὶ Πρωταγόρας, τοῦτο τῇ Σαπφοῖ Γοργὼ καὶ Ἀνδρομέδα· νῦν μὲν ἐπιτιμᾷ ταύταις, νῦν δὲ ἐλέγχει καὶ εἰρωνεύεται αὐτὰ ἐκεῖνα τὰ Σωκράτους. Conferas etiam ea, quae Demetrius de elocutione c. 167. dicit de Sappho: Ἄλλως δὲ σκώπτει τὸν ἄγροῖκον νυμφίον καὶ τὸν θυρωρὸν τὸν ἐν τοῖς γάμοις εὐτελέστατα καὶ ἐν πεζοῖς ὀνόμασι μᾶλλον ἢ ἐν ποιητικοῖς. ὥστε αὐτῆς μᾶλλόν ἐστι τὰ ποιήματα ταῦτα διαλέγεσθαι ἢ ᾄδειν, οὐδ᾽ ἂν ἁρμόσαι πρὸς τὸν χορὸν ἢ πρὸς τὴν λύραν, εἰ μή τις εἴη χορὸς διαλεκτικός. Ita Anacreon quoque non pepercit inimicis, sed graviter eos vexavit. Julianus quidem repugnare videtur huic sententiae, qui in Misopog. p. 337. A. ed. Spanhem. haec scribit: Ἀνακρέοντι τῷ ποιητῇ πολλὰ ἐποιήθη μέλη σεμνὰ καὶ χαρίεντα· τρυφᾶν γὰρ ἔλαχεν ἐκ Μοιρῶν· Ἀλκαίῳ δ᾽ οὐκέτι, οὐδ᾽ Ἀρχιλόχῳ τῷ Παρίῳ τὴν μοῦσαν ἔδωκεν ὁ θεὸς εἰς εὐφροσύνας καὶ ἡδονὰς τρέψαι· μοχθεῖν γὰρ ἄλλοτε ἄλλως ἀναγκαζόμενοι τῇ μουσικῇ πρὸς τοῦτο ἐχρῶντο, κουφότερα

ποιοῦντες αὐτοῖς ὅσα ὁ δαίμων ἐδίδου, τῇ εἰς τοὺς ἀδικοῦντας λοιδορίᾳ. At Julianus de universa poesi Anacreontis loquitur, quae sane fuit amatoria; sed ipsae carminum reliquiae docent eum non alienum fuisse ab hoc genere satyrico. Ita Artemonem aemulum, quem ab Eurypyle, quam ipse summo studio expetiverat, sibi praeferri vidit, carmine maledicentissimo (XIX.) graviter vexavit. In Fr. LXVII. Alexim quendam calvum notat: in Fr. LXXXIV. alium quendam, uxori suae ancillantem, tangit. Ne Smerdiae quidem, puero venustissimo et sibi conjunctissimo, pepercit, cum illi Polycratis jussu caesaries detonsa esset: quamquam cum illum probris flagitiosis lacessivit, obscure notavit Polycratem; hunc enim virum potentissimum ne laederet, si in ipsum culpam aperte transferret, verendum erat. Conferas quae dicta sunt ad Fr. XLVI. Et iambi, quos Archilochi aliorumque exemplum secutus scripsit, quod genus carminum proprium fuit cavillationi et objurgationi, non fuerunt expertes istius irrisionis, ut vel Fr. LXXXIV. et alia quaedam indicant.

Neque vero huc referendum est, quod dicit Acro ad Horat. Carm. L. IV. 9. 9: „Anacreon autem Satyram scripsit, amicus Lysandri. Alii dicunt, quod scripsit Circen et Penelopen in uno laborantes: unde in primo libro in ode *Velox amoenum*,

Dices laborantes in uno
Penelopem vitreamque Circen.“

Homo enim ille, qui Acronis nomine nuncupatur, aut in Lysandri nomine erravit, aut ad Anacreontem transtulit ea, quae de alio quo poeta tradita esse legerat. Et Lysandrum quidem poetis familiariter usum esse docet Plutarchus in vita Lysandri c. 18: *Τῶν δὲ ποιητῶν Χοιρίλον μὲν ἀεὶ περὶ αὐτὸν εἶχεν, ὡς κοσμή-*

σοντα τὰς πράξεις διὰ ποιητικῆς· Ἀντιλόχῳ δὲ ποιήσαντι μετρίους τινὰς εἰς αὐτὸν στίχους, ἡσθεὶς ἔδωκε πλήσας ἀργυρίου τὸν πῖλον. Ἀντιμάχου δὲ τοῦ Κολοφωνίου καὶ Νικηράτου τινὸς Ἡρακλεώτου ποιήμασι Λυσάνδρεια διαγωνισαμένων ἐπ᾿ αὐτῷ τὸν Νικήρατον ἐστεφάνωσεν. ὁ δ᾿ Ἀντίμαχος ἠφάνισε ἀχθεσθεὶς τὸ ποίημα.

Porro Anacreon popularium suorum, ut videtur, animos ad bellum acri studio suscipiendum hortatur atque concitat in Fr. XCI:

Διὰ δηὖτε Καριευργέος
Ὀχάνοιο χεῖρα τιθέμεναι.

Denique etiam carmina convivalia composuit, ut Aristophanis testimonio confirmat Athenaeus L. XV. p. 693. F: Ἐμέμνηντο δὲ οἱ πολλοὶ καὶ τῶν Ἀττικῶν ἐκείνων σκολίων· ἅπερ καὶ αὐτὰ ἄξιόν ἐστί σοι ἀπομνημονεῦσαι, διά τε τὴν ἀρχαιότητα καὶ ἀφέλειαν τῶν ποιησάντων καὶ τῶν ἐπαινουμένων ἐπὶ τῇ ἰδέᾳ ταύτῃ τῆς ποιητικῆς, Ἀλκαίου τε καὶ Ἀνακρέοντος, ὡς Ἀριστοφάνης παρίστησιν ἐν Δαιταλεῦσι λέγων οὕτως·

Ἆισον δή μοι σκόλιόν τι λαβὼν Ἀλκαίου κἀνακρέοντος.

Nam etsi inter epulas a convivis etiam alia carmina vel carminum partes cani solebant, Aristophanem tamen existimo cogitavisse de iis, quae proprie scolia appellabantur. Idem carminum genus popularis Anacreontis, Pythermus tractaverat, ut docet Athenaeus L. XIV. p. 625. C: Φασὶ δὲ Πύθερμον τὸν Τήιον ἐν τῷ γένει τῆς ἁρμονίας τούτῳ ποιῆσαι σκολιὰ μέλη· καὶ διὰ τὸ εἶναι τὸν ποιητὴν Ἰωνικὸν Ἰαστὶ κληθῆναι τὴν ἁρμονίαν· οὗτός ἐστιν Πύθερμος, οὗ μνημονεύει Ἀνάνιος ἢ Ἱππῶναξ ἐν τοῖς ἰάμβοις οὕτως·

Χρυσὸν λέγει Πύθερμος, ὡς οὐδὲν τἄλλα.

λέγει δ᾿ οὕτως ὁ Πύθερμος·

Οὐδὲν ἦν ἄρα τἄλλα πλὴν ὁ χρυσός.

Οὐκοῦν καὶ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον πιθανόν ἐστι τὸν

Πύθερμον ἐκεῖθεν ὄντα ποιήσασθαι τὴν ἀγωγὴν τῶν μελῶν ἁρμόττουσαν τοῖς ἤθεσι τῶν Ἰώνων. Vere enim Casaubonus ibi *σκολιὰ μέλη* scripsit pro eo, quod legebatur: *σκαιά*: ille ipse versus:

Οὐδὲν ἦν ἄρα τἄλλα πλὴν ὁ χρυσὸς

ex carmine aliquo convivali depromtus est: hendecasyllabus autem huic generi carminum maxime et accomodatus et usitatus est, ut est in illo:

Παλλὰς Τριτογένει᾽, ἄνασσ᾽ Ἀθηνᾶ,
Ὄρθου τήνδε πόλιν τε καὶ πολίτας.

et in aliis multis. In reliquiis autem carminum Anacreontis nihil reperi, quod probabili aut certa conjectura ad hoc poesis genus referri possit.

Sed in hac ipsa argumenti varietate aliqua tamen scintilla illius flammae, qua poetae animus incensus fuit, omnibus carminibus inest, et uti apud Britannos per funes navium regiarum filum rubrum serpit, ita per omnes omnium carminum partes manat atque pellucet. Neque vero mirum est, Anacreontis animum ad hoc potissimum poesis genus propensum fuisse. Natus enim fuit Tei, urbe non ignobili in media Jonia: haec autem terra coeli sereni natura mitissima, magnaque frugum ubertate insignis, omnibus opibus abundans, large suppeditabat omnia, quae ad lautum victum et elegantem cultum et omnes voluptates pertinebant: quo factum est, ut Jones magna ingenii remissione atque lenitate essent, sed etiam propter nimiam voluptatum copiam libidinibus nimio exardescerent: consentaneum igitur est Anacreontem a popularium mollitie atque lascivia non prorsus abhorruisse.

Sed multo plus, quam Teus, urbs patria, quae illo tempore gravissima mala Persarum dominatione crescente perpessa erat, Samus insula, ubi tutum perfugium repererat, ad poetae animum conformandum

contulit: eademque, si satis recta ratione auguror, amorem poeticae si non excitavit, at certe excitatum aluit, animumque ejus ad id carminum genus deflexit, in quo tantopere excelluit: nec mirum: Sami enim illo tempore Polycrates rerum erat potitus, vir si quis alius natus ad dominationem in libera civitate obtinendam. Summa enim prudentia et calliditate ex privato ad summum imperium evectus est, et cum primo adversariorum domesticorum potentiam fregisset, mox imperio stabilito novaque civitatis forma constituta, vicinos bello lacessivit, et tanta felicitate omnes adversarios terra marique prostravit, ut brevi tempore maritimo imperio potiretur: omne enim ejus inceptum omnemque voluntatem prospera semper successio consecuta est. Sed non solum Samiorum respublicas magnopere auxit, verum etiam cives ipsos locupletavit, urbem delubris et imaginibus tabulisque decoravit, et quidquid ubique nobile atque praecipuum in suo genere erat, id Samum transferendum curavit. Erant autem omnia omnino in Polycrate, quae eum populo Jonico gratum acceptumque redderent, ita ut gratia plurimum apud cives valeret. Ipse fuit ditissimus, et summa amoenitate omnique voluptatum copia perfruebatur: nam et delicato victu et eleganti cultu utebatur, praecipue autem in puerorum venustorum amorem effusus erat, ut testatur Athenaeus L. XII. p. 540. E: *Ἐκ πάντων οὖν τούτων ἄξιον θαυμάζειν τὸν τύραννον, ὅτι οὐδαμόθεν ἀναγέγραπται γυναῖκας ἢ παῖδας μεταπεμψάμενος, καίτοι περὶ τὰς τῶν ἀῤῥένων ὁμιλίας ἐπτοημένος, ὡς καὶ ἀντερᾶν Ἀνακρέοντι τῷ ποιητῇ.* Apud Polycratem enim Smerdies, Cleobulus, Bathyllus, quem quidem tantopere dilexit, ut simulacrum ejus artificiosissime fabricatum in templo Junonis collocaret (Apulejus Florid. II. 15. T. II. p. 50. ed. Oudendorp.), aliique adolescentes

eximia pulcritudine conspicui versati sunt. Ingenium autem Polycratis bonis artibus atque studiis fuit expolitum, hinc factum est ut artifices nobiles aliosque magna mercede Samum arcesseret. Praecipuo autem amore poesim amplexus est, id quod vel inde colligas, quod in annulo illo a Theodoro Samio egregia arte facto lyra insculpta erat, ut testatur Clemens Alexandrinus Strom. L. III. p. 289: *Αἱ δὲ σφραγῖδες ἔστων ἡμῖν πελειὰς ἢ ἰχθὺς ἢ ναῦς οὐριοδρομοῦσα ἢ λύρα μουσικὴ, ᾗ κέχρηται Πολυκράτης.* Et versatus est apud Polycratem aliquamdiu Ibycus Rheginus (ut docet Suidae quamvis corruptus locus v. *Ἴβυκος*) eodem carminum genere insignis, quo Anacreon. Is igitur Polycrates Anacreontem arcessivit, quem tantopere amavit, ut nemo ei fuerit gratior acceptiorve: tanta enim tyranni familiaritate poeta usus est, ut nunquam ab ejus latere discesserit: quod Herodotus quoque L. III. c. 121. significat: *Οἱ δὲ ἐλάσσονες λέγουσι πέμψαι Ὀροίτεα ἐς Σάμον κήρυκα, ὅτευ δὴ χρήματος δεησόμενον. οὐ γὰρ ὦν δὴ τοῦτό γε λέγεται· καὶ τὸν Πολυκράτεα τυχεῖν κατακείμενον ἐν ἀνδρεῶνι, παρεῖναι δέ οἱ καὶ Ἀνακρέοντα τὸν Τήιον.* Conferas etiam Pausaniam L. I. c. 2: *Συνῆσαν δὲ ἄρα καὶ τότε τοῖς βασιλεῦσι ποιηταί. καὶ πρότερον ἔτι καὶ Πολυκράτει Σάμου τυραννοῦντι Ἀνακρέων παρῆν.* Strabonem L. XIV. p. 638: *Τούτῳ (Πολυκράτει) συνεβίωσεν Ἀνακρέων ὁ μελοποιός· καὶ δὴ καὶ πᾶσα ἡ ποίησις πλήρης ἐστὶ τῆς περὶ αὐτοῦ μνήμης.* Aelianum L. XII. c. 25: *Καὶ Ἱέρων δὲ ὁ Δεινομένους Σιμωνίδου τοῦ Κείου ἀπήλαυσε καὶ Πολυκράτης Ἀνακρέοντος.* Quare quis tandem miretur poetam, cum amoenissima et delicatissima vita apud Polycratem perfrueretur, voluptate nimia diffluxisse? Quis miretur illum largiore vino incaluisse et venustarum virginum amore incensum esse? Quis putet mirandum esse, si Anacreon tanto amore puerorum

flagraverit, cum Polycratem, cujus consortione atque familiaritate utebatur, pulcras puberum formas summo studio appetere videret?

Sed de Anacreontis moribus qui judicare velit, sedulo cavere debet ne in eundem errorem incidat, quem plerique. Homines enim antiqui iniqua plerumque judicia posterorum experti sunt: nam cum ab aliis in coelum usque morum simplicitas atque abstinentia efferatur, alii illos, quasi omni vitiorum sentina mersi sint, condemnant. Sed qui ex nostris moribus de veteribus illis judicaturus est, is secus statuat necesse est. Meminisse vero debemus, quantum nos studiis, moribus et omni vitae ratione ab illis diversi simus; quam multa, quae nobis turpia sint, apud illos in maximo honore habita fuerint. Nihil autem fallacius neque dici neque fingi potest, quam si quis ex scriptis de poetae ipsius moribus conjecturam audeat facere. Saepe enim eorum vita castissima et integerrima fuit, quorum carmina sunt lasciva atque spurca.

Ita si vel exiguas illas carminum reliquias, quibus invidia temporis pepercit, perlegimus, videmur nobis videre Anacreontem ex nimio vino vacillantem, corona caput redimitum, oblitum unguentis, fores effringentem, amoris furore flagrantem, pueros modo sectantem, modo puellas. Et jam veteres, qui Anacreontem ex iis judicaverunt, quae de se ipse cantibus ediderat, hominem esse libidinosum et volutabundum in voluptatibus insatiabilibus existimaverunt. Sed si quis accuratius omnia momenta perpenderit, reperiet poetam sobrie casteque vixisse. Eum a vino abstinuisse, quamquam in carminibus ebrium se esse simulet, Athenaeus testatur L. X. p. 429. B: *Ἄποτος δὲ ὁ Ἀνακρέων ὁ πᾶσαν αὑτοῦ τὴν ποίησιν ἐξαρτήσας*

μέθης· τῇ γὰρ μαλακίᾳ καὶ τρυφῇ ἐπιδοὺς ἑαυτὸν ἐν τοῖς ποιήμασιν διαβέβληται, οὐκ εἰδότων τῶν πολλῶν ὅτι νήφων ἐν τῷ γράφειν καὶ ἀγαθὸς ὢν προσποιεῖται μεθύειν οὐκ οὔσης ἀνάγκης. Ἄποτος enim ibi legendem est pro inepto illo ἄτοπος, ut vulgo scribitur. Castum autem et honestum fuisse hominem, qui Socratis more pulcras quasque formas dilexerit, docet Maximus Tyrius VIII. p. 96. ed. Davis. minor. (XXIV. p. 297. ed. maj.): Ἡ δὲ τοῦ Τηΐου σοφιστοῦ τέχνη τοῦ αὐτοῦ ἤθους καὶ τρόπου· καὶ γὰρ πάντων ἐρᾷ τῶν καλῶν καὶ ἐπαινεῖ πάντας· μεστὰ δὲ αὐτοῦ τὰ ᾄσματα τῆς Σμέρδιος κόμης, καὶ τῶν Κλεοβούλου ὀφθαλμῶν καὶ τῆς Βαθύλλου ὥρας· ἀλλὰ κἂν τούτοις τὴν σωφροσύνην ὅρα·

Ἔραμαι δέ τοι συνηβᾶν· χαριτεῦν ἔχεις γὰρ ἦθος.

καὶ αὖθις καλὸν εἶναι τῷ ἔρωτι τὰ δίκαια - φησί· ἤδη δέ που καὶ τὴν τέχνην ἀπεκαλύψατο·

Ἐμὲ γὰρ λόγων ἐμῶν εἵνεκα παῖδες ἂν φιλοῖεν·
Χαρίεντα μὲν γὰρ ᾄδω, χαρίεντα δ' οἶδα λέξαι.

Et de his criminibus, in quae vulgus Anacreontem temere vocaverat, quaesivit jam Didymus, ut cognoscimus ex Senecae Epistol. LXXXVIII. 32: „Quatuor millia librorum Didymus grammaticus scripsit, miser si tam multa supervacua legisset: in his libris de patria Homeri quaeritur, in his de Aeneae matre vera, in his libidinosior Anacreon an ebriosior vixerit, in his an Sappho publica fuerit, et alia, quae erant dediscenda, si scires.“

Anacreon autem nulla alia re tantopere excelluit, quam admirabili lenitate atque dulcedine carminum: neque enim alium quem reperias scriptorem, apud quem tanta sit orationis leniter placideque profluentis comitas atque suavitas. Tanta autem inest pulcritudo, ut nulla pars sit nisi venusta, nisi ornata atque limata. Vere Dionysius Halicarnassensis de compositione ver-

borum c. 22. p. 342. ed. Schaef. Anacreontem inter eos refert, qui ornata oratione usi sint: dicit enim, ubi de *γλαφυρᾶς καὶ ἀνθηρᾶς συνθέσεως χαρακτῆρι* disserit: *Ἐποποιῶν μὲν οὖν ἔγωγε μάλιστα νομίζω τουτονὶ τὸν χαρακτῆρα ἐπεξεργάσασθαι Ἡσιόδον. μελοποιῶν δέ, Σαπφὼ καὶ μετὰ ταύτην Ἀνακρέοντά τε καὶ Σιμωνίδην.* Anacreontis enim oratio expolita et ornata est atque conspersa quasi sententiarum verborumque floribus: ea enim eligere solet, quae et pulcritudine et varietate maxime teneant atque delectent eos, qui audiant, quae impleant animos voluptate atque externa specie commoveant. Sed florum illa varietas non est fusa aequabiliter per omnem orationem, verum ea ita est distincta, ut sint non solum ornamenta quaedam insignia atque quasi lumina, sed etiam umbra aliqua et recessus, quo magis ea, quae sunt illustrata, eminere possint. Nam ut tabula, quae nimis claris coloribus sine intermissione picta est, contemplantes fastidio obruit, ita oratio, quae nimis frequenter sententiarum luminibus illustrata est, efficit ut qui audiant, satietate capiantur. At vero in singulari suavitate atque lepore adest solida quaedam gravitas: habet enim venustas illa atque dignitas colorem sanguine diffusum, non fuco illitum: oratio illa ornamentis distincta, levis et expolita est, neque tamen viribus aut nervis caret, sed succi plena est. Cum autem Anacreon summa esset ingenii ubertate, carmina tanta facilitate condidit, ut summam simplicitatem in summa arte omnes admirati sint, totaque forma ita est comparata, ut casu, non arte perfecta esse videatur. Neque vero oratio abjecta est aut exilis aut inculta; neque ulla pars sine aliqua necessitate collocata est. Quamquam enim nonnumquam a proposito digreditur, et vagus luxuriansque excurrit latius, quod Hermogenes in Rhetoribus

2*

Ald. p. 116. attigit: *Ἰδίως δ' ἂν λέγοιντο ἀφελεῖς αἱ τῶν ἀπλάστων ἠθῶν καὶ ὑπό τι νηπίων, ἵνα μὴ ἀβελτέρων λέγῃ τις· οἷον τὸ περὶ πραγμάτων διεξιέναι τινῶν καὶ λέγειν αὐτὰ μηδεμιᾶς ἀνάγκης οὔσης, μηδὲ ἐπερωτῶντός τινος, ὡς τὰ πολλὰ ἔχει τῶν Ἀνακρέοντος· καὶ πάλιν τὰ τοῦ Θεοκρίτου ἐν τοῖς Βουκολικοῖς καὶ ἄλλων οὐκ ὀλίγων.* et p. 117: *Λέγω δὲ ταύτας αἳ καὶ παίδων γένοιντο ἂν νηπίων, ὡς ἔλεγον, καὶ ἀνδρῶν ἐγγὺς ἡκόντων φρενῶν γε εἵνεκα τοῦ νηπίου καὶ γυναικῶν ὡσαύτως καὶ γεωργῶν ἀγροίκων· καὶ ὅλως ἀληθὲς εἰπεῖν, ἀφελῶν τε καὶ ἀκάκων ἀνθρώπων· οἷον ὡς καλός μοι ὁ πάππος, ὦ μῆτερ — καὶ τὰ πολλὰ τῶν βουκολικῶν, ἵνα μὴ τὰ πάντα λέγω, τοιαῦτά ἐστι· — καὶ παρὰ τῷ Ἀνακρέοντι ὡσαύτως παρά τε αὖ τῷ Μενάνδρῳ μυρία ἂν εὕροις τοιαῦτα καὶ γυναῖκας λεγούσας καὶ νεανίσκους ἐρῶντας καὶ μαγείρους καὶ θρυπτομένας παρθένους καί τινας ἄλλους· ὅλως δὲ διὰ τὸ ὑποπίπτειν τῷ ἠθικῷ λόγῳ πάντα τὰ τῶν τοιούτων προσώπων ἢ ἠθῶν, οἷον λίχνων γεωργῶν, τῶν ὁμοίων:* quamquam igitur ea quoque saepius dicit, quae ab instituto aliena sunt, tamen id huic poesis generi accomodatum est, quoniam ad naturam mulierum et adolescentium amantium conformatum est; et si non justa semper causa, certe delectatio fuisse videtur in illa declinatione a proposito: quamquam hac de re, quia pauca integra carmina conservata sunt, nobis non licet judicare.

Accurate autem solet explanare et quasi sub oculos subjicere res, quae geruntur, quod ad illustrandum et amplificandum id, quod propositum est, confert plurimum. Neque vero eodem ubique genere orationis utitur, sed eligit id, quod congruum et accomodatum est ad id, de quo agit: vidit enim, quod quoque loco maxime deceat, id quod semper videndum est: mollius enim et delicatius dicendi genus requirunt res amatoriae et convivales, severius et gravius

objurgatio: sublimius deorum hominumve laudes, humilius res si quae simplices aguntur. Conferas Scholiastam Hermogenis p. 405: *Ἢ ἐξισοῦμεν τοῖς εὐτελέσι πράγμασι τοὺς λόγους καὶ ποιοῦμεν ἀφέλειαν, ὡς πολλὰ τῶν Ἀνακρέοντος.*

Fugit autem plerumque verba abjecta, obscura, prisca, obsoleta et utitur vocabulis non nimis a quotidiana consuetudine alienis, sed lectis atque illustribus, quae et venustatem quandam jucundam splendoremque orationi concilient, quaeque demulceant animos eorum, qui audiant: eas autem voces ponderans aurium judicio potissimum eligit, in quibus plenum quiddam et canorum inesse videatur, ut leniter et aequabiliter profluat oratio: quidquid enim asperum est, fugit atque respuit. Ipsa verba ita collocat, nihil ut sit hiulcum, nihil inconditum, nihil aspere concurrens, sed omnia apte coagmentata atque laevia. Et ut erat ex Jonia oriundus, ita Jonica dialecto utitur, quae formas verborum maxime laeves, molles atque suaves suppeditat, at eandem, ubi congruum est, severiore Doriensium dialecto temperat: sed de hac re plura dicentur infra.

Prudentissime autem orationem et versuum formis alligat et modis vincit: ita enim instituit versus, ut verborum vocumque numero et modulatione sint laevissimi, nihil ut sit rude, nihil inconditum: neque vero illi adeo molles atque delicati sunt, ut fastidium et satietas aures capiat. Solet fere eundem numerum continuare, neque tamen semper perpetuitate numerorum utitur perenni ac profluente, sed eam et aequalium et variorum membrorum articulorumque intervallis distinguit: strophis non proceris illis, quae abhorrent ab hoc genere poesis, sed minutioribus utitur: numerum autem si quando alio genere mutat, prudenter temperat

ita, ut propositam sententiam versuum genus sequatur. Numeros autem non solum ad aurium voluptatem, sed etiam ad animorum commotionem conformat et fingit: vidit enim, quanta vis insit numeris ad animos et excitandos et leniendos. Ubi eos, qui audiunt, ad hilaritatem et voluptatem deducere vult, ibi numerorum generibus lenibus, placidis, effusis ac remissis utitur: hinc glyconicis versibus similibusque semper ibi poeta usus est, ubi Bacchi atque Veneris laudes celebrat, ubi voluptatis impetu exsultat. Sed ubi moerorem atque tristitiam significare vult, flebilem et interruptum numerum eligit, qualis est in illo (Fr. LV.):

Οὐδ' αὖ μ' ἐάσεις μεθύοντ' οἴκαδ' ἀπελθεῖν;

Contra ubi ad bellum suscipiendum cohortatur, numeri sunt concitati, mobiles, profluentes, quibus impetus et vis significetur, ut sunt illi Fr. XCI:

Διὰ δηὖτε Καριευργέος
'Οχάνοιο χεῖρα τιθέμεναι.

At ubi iracundia et contemtu praeceps ruit, sumit genus numerorum acutum et velox, sed in ipsa illa incitatione gravatum; quod objurgationi accomodatissimum est. Ita in illo carmine (XIX.) in quo in Artemonem omnia probra atque convicia congerit, utitur metro choriambico concitato illo quidem et vehemente, sed temperat id sagacissime frequente iamborum usu. Idem metrum elegit Alcaeus cum Pittacum insectaretur, ut est in Fr. V. ed. Matth.:

Τὸν κακοπάτριδα
Πίττακον πόλεως τᾶς ζαχόλω καὶ βαρυδαίμονος
'Εστάσαντο τύραννον μέγ' ἐπαινεῦντες ἀολλέες.

Ita enim scribendum videtur pro ἀχόλω vel ἀσχόλω· ζάχολον autem civitatem Mitylenaeorum vocat, quia inde ipse Alcaeus cum nobilibus in exilium fuerat

pulsus. Eodem metro Sappho usa est ad Andromedam exagitandam Fr. XXIII:

— Τίς δέ σ' ἀγροιῶτις ἀγροιῶτιν ἐπεμμένα
Στολὰν — — — — θέλγει νόον — —
Οὐκ ἐπισταμένα τὰ βράκε' ἕλκην ἐπὶ τῶν σφυρῶν;

Porro Anacreon cum Alexim quendam perstringit Fr. LXVII:

Μνᾶται δηὖτε φαλακρὸς Ἄλεξις

sumsit numerum dactylicum, qui propter gravitatem minime alienus est ab hoc genere poesis: eundem propemodum numerum Sappho quoque irrisioni adaptaverat Fr. XXXVIII. ed. Neue.

Θυρωρῷ πόδες ἐπτορόγυιοι,
Τὰ δὲ σάμβαλα πεμπαβόηα,
Πίσυγγοι δὲ δέκ' ἐξεπόνασαν.

Etiam Alcaeus dactylicis versibus in ipsa gravitate concitatis usus est (Fr. XV.), cum nescio quem virum popularem ita maledictis insectaretur:

Ὠνὴρ οὗτος ὁ μαιόμενος τὸ μέγα κράτος
Ἀντρέψεις ἔτι τὰν πόλιν, ἃ δ' ἔχεται ῥοπᾶς;

Alium quem cum vexat Anacreon Fr. LXXXIV:

Καὶ θάλαμος, ἐν τῷ κεῖνος οὐκ ἔγημεν, ἀλλ' ἐγήματο.

adhibuit numerum iambicum, qui objurgationi et irrisioni proprius est. Minus tamen diligenter nonnumquam numeros carminum elaboravisse videtur, si vere statuit Horatius Epod. XIV. v. 9:

Non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo
Anacreonta Teium,
Qui persaepe cava testudine flevit amorem
Non elaboratum ad pedem.

Modos autem eos carminibus adaptare solet, qui sententiae institutae sint aptissimi; aliud enim genus modorum requiritur, ubi animi voluptatis et laetitiae motu impellendi sunt: aliud genus sibi sumit objur-

gatio et iracundia, aliud moeror et miseratio. Sed de his quaedam infra dicentur.

Perfecta igitur, quantum quidem nos ex paucis reliquiis conjectura assequi possumus, et omnibus numeris absoluta fuerunt Anacreontis carmina: tantum enim est flumen lectissimorum optimorumque verborum, tam simplices sunt sententiae, tam sine pigmento et fuco aliunde arcessito ornatae, tam integrae, ut quidquid addideris aut detraxeris aut immutaveris, deterius et vitiosius sit futurum, et pulcra illa species exstinguatur. Sed haec tanta ars summi poetae plerosque latuit. Atque ab hac ipsa carminum forma repetendum videtur, quod tanto studio plurimi se ad Anacreontis exemplum composuerint: istius enim simplicis pulcritudinis lenociniis et nativae artis illecebris capti, facili opera existimaverunt se assecuturos esse communionem laudis illius: sed ars illa, quae facillima videbatur, reapse difficillima erat ad imitandum: hinc factum est, ut perpauci Anacreontem aliquatenus (longo enim intervallo distincti sunt) consecuti fuerint, plurimi infelicissime fine proposito exciderint. Nihilominus et antiquioribus temporibus summo studio multi accensi sunt ad hanc laudem expetendam, quam non modo non superare, sed ne aequare quidem poterant: et postea quoque per longum tempus materiam illam ab Anacreonte occupatam multorum sedulitate retractatam esse videmus: hinc repetenda est origo istarum cantiuncularum, quas Anacreonti vulgus tribuere solet; quarum aliae sunt satis vetustae, neque prorsus venustate aut arte carentes: aliae satis novitiae, ineptiarum et inficetiarum plenissimae. Sed haec pluribus persequi neque consilii mei neque loci hujus est.

Anacreontis autem carmina illis temporibus, quibus

conticuerant poesis et omnes omnino litterae artesque liberales, atque ex ore populi in musea et bibliothecas recesserant, quibus amore antiquorum praecipue poetarum apud paucos quosdam conservato, summum studium illa antiquitatis monumenta et interpretandi et emendandi maxime viguit, non fuerunt expertia virorum in hoc litterarum genere principum curae atque sollertiae. Et qui primus hanc criticam artem in disciplinae tanquam formam aliquam redegit exemplumque proposuit, quod post multi secuti sunt, Homeri carminibus in meliorem formam restitutis, *Zenodotus Ephesius*, is etiam Anacreontis carmina situ vetustatis obducta purgare et renovare instituit. Sed ut erant initia artis criticae dubia et incerta, nec satis firmata, ita Zenodotus audax et temerarius in conjectando non pauca praeter necessitatem mutavisse videtur. Ita in Fr. XLIX:

Ἀγανῶς οἷά τε νεβρὸν νεοθηλέα,
Γαλαθηνόν, ὅστ' ἐν ὕλης κεροέσσης
Ἀπολειφθεὶς ὑπὸ μητρὸς ἐπτοήθη.

negans cervas cornua gerere, conjecit legendum esse *ἐροέσσης*, ut cognoscimus ex Scholiasta Pindari Olymp. III. 52: *Ζηνοδότος δὲ μετεποίησεν ἐροέσσης, διὰ τὸ ἱστορεῖσθαι τὰς θηλείας κέρατα μὴ ἔχειν, ἀλλὰ τοὺς ἄρσενας.* Similiter quod Fr. LXXXVIII. legitur:

Κοὐ μοκλὸν ἐν θύρῃσι διξῇσιν βαλὼν
Ἥσυχος καθεύδει.

conjectura parum, ut videtur, pensitata tentavit: nam apud Zonaram p. 1512. (conferas Matthaei lectt. Mosqq. T. II. p. 88.) scribendum puto: *Τὸν δὲ μοχλὸν ἐν τῷ χ καὶ Ἀττικοὶ καὶ Δωριεῖς καὶ Ἴωνες, πλὴν Ἀνακρέοντος· οὗτος δὲ μόνος σχεδὸν τῷ κ· Ζηνοδότος δὲ (μοχλόν).*

Praeter *Zenodotum* autem etiam *Aristophanes* et *Aristarchus*, hujus artis facile principes, Anacreontis

carmina recensuerunt. Memorabilis Hephaestionis est locus p. 125. ed. Gaisford. *Κοινὸν δέ ἐστι κατὰ σχέσιν τὸ δύο συστήμασιν ὑποπεπτωκός, καθάπερ τὸ πρῶτον Ἀνακρέοντος ᾆσμα·*

Γουνοῦμαί σ', ἐλαφηβόλε,
Ξανθὴ παῖ Διός, ἀγρίων
Δέσποιν' Ἄρτεμι θηρῶν.

καὶ τὰ ἑξῆς. κατὰ μὲν γὰρ τὴν νῦν ἔκδοσιν ὀκτάκωλός ἐστιν ἡ στροφὴ καὶ τὸ ᾆσμά ἐστι μονοστροφικόν. Δύναται δὲ καὶ ἑτέρως διαιρεῖσθαι εἴς τε τριάδα καὶ πεντάδα ἡ στροφή· ὥστε Φερεκράτειον εἶναι τὸ τελευταῖον τοῦ συστήματος τοῦ ἐκ τῶν τριῶν κώλων ἢ τῶν πέντε. Manifestum est ex his Hephaestionis verbis *κατὰ τὴν νῦν ἔκδοσιν*, duas Anacreontis carminum fuisse recensiones, quarum altera illo tempore potissimum fuerit in usu. Quod si licet conjecturam periclitari, Hephaestion *τὴν νῦν ἔκδοσιν* vocat Aristarchi recensionem, illo tempore frequentissime usurpatam, cum prius, ut existimo, Aristophanea maximi aestimaretur. Compares ea, quae de Alcaei carminum recensionibus ibidem leguntur p. 134: *Ἐπὶ δὲ τῶν Ἀλκαίου ἰδίως κατὰ μὲν τὴν Ἀριστοφάνειον ἔκδοσιν ἀστερίσκος ἐπὶ ἑτερομετρίας ἐτίθετο μόνης, κατὰ δὲ τὴν νῦν τὴν Ἀρισταρχεῖον καὶ ἐπὶ ποιημάτων μεταβολῆς.* Et Aristophanem quidem interpretando et emendando Anacreonti operam dedisse cognoscimus ex Aeliano H. A. L. VII. 39. ubi Zenodotum, qui in Fr. XLIX. *κεροέσσης* in *ἐρόεσσης* mutaverat, redarguisse dicitur: *Πρὸς δὲ τοὺς μοιχῶντας τὸ λεχθὲν καὶ μέντοι καὶ φάσκοντας δεῖν ἐροέσσης γράφειν, ἀντιλέγει κατὰ κράτος Ἀριστοφάνης ὁ Βυζάντιος, καὶ ἐμέγ' αἱρεῖ τῇ ἀντιλογίᾳ.* Sed quae Aristophanes contulerat ad haec carmina illustranda, ea obscuravit mox Aristarchus, cujus tanta fuit auctoritas apud criticos non solum illius temporis sed etiam ejus, quod insecutum

est, ut Aristarcheae recensiones omnibus reliquis praeferrentur. Aristarchum autem et recensuisse et commentatum esse Anacreontis carmina cognoscimus etiam ex Athenaeo L. XV. p. 671. F. qui cum adscripsisset versus Anacreontis Fr. XXXIX:

Ὁ Μεγίστης δ᾽ ὁ φιλόφρων δέκα δὴ μῆνες, ἐπεί τε
Στεφανοῦταί τε λύγῳ καὶ τρύγα πίνει μελιηδέα.

haec addit: *Σιωπῶντος δ᾽ αὐτοῦ καὶ ἀναζητεῖν προσποιουμένου ὁ Δημόκριτος ἔφη, Ἀρίσταρχος ὁ γραμματικώτατος, ἑταῖρε, ἐξηγούμενος τὸ χωρίον ἔφη, ὅτι καὶ λύγοις ἐστεφανοῦντο οἱ ἀρχαῖοι.* Ex eodem loco cognoscimus etiam Tenarum aliosque haec carmina explicuisse: pergit enim hoc modo: *Τέναρος δὲ ἀγροίκων εἶναι λέγει στεφάνωμα τὴν λύγον· καὶ οἱ ἄλλοι γε ἐξηγηταὶ ἀπροσδιόνυσά τινα εἰρήκασι περὶ τοῦ προκειμένου.* Commentarium in haec carmina nescio cujus Orion p. 3. 11. commemorat: *Ἁβρός· ὁ κούφως βαίνων κατὰ στέρησιν τοῦ βάρους· οὕτως ἐν ὑπομνήματι Ἀνακρέοντος εὗρον.* Fortasse Seleucus et Heracleon aliique, qui commentarios in lyricos scripserunt (vid. Suid. v. *Σέλευκος* et *Ἡρακλέων*) Anacreontis quoque carmina tractaverunt.

De Anacreonte librum scripserat Chamaeleon Ponticus, quo utitur Athenaeus L. XII. p. 533. E: *Χαμαιλέων δ᾽ ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ περὶ Ἀνακρέοντος, προθεὶς τό·*

Ξανθῇ δέ γ᾽ Εὐρυπύλῃ μέλει
Ὁ περιφόρητος Ἀρτέμων.

τὴν προσηγορίαν ταύτην λαβεῖν τὸν Ἀρτέμωνα διὰ τὸ τρυφερῶς βιοῦντα περιφέρεσθαι ἐπὶ κλίνης. Didymus peculiarem, ut videtur, composuit libellum, in quo quaesivit ebriosiorne Anacreon fuerit, an libidinosior. vid. Senecae Epistol. LXXXVIII. 32. De corona viticea, quam Anacreon commemoraverat (Fr. XXXIV.) edidit libellum Hephaestio, mala fraude usus, ut refert Athenaeus L. XV. p. 573. D: *Ταῦτα ἴσασιν οἱ θεοὶ ὡς*

πρῶτος αὐτὸς ἐν τῇ καλῇ Ἀλεξανδρείᾳ εὗρον, κτησάμενος τὸ τοῦ Μηνοδότου συγγραμάτιον καὶ ἐπιδείξας πολλοῖς ἐξ αὐτοῦ τὸ παρὰ τῷ Ἀνακρέοντι ζητούμενον· λαβὼν δὲ παρ' ἐμοῦ ὁ πᾶσι κλοπὴν ὀνειδίζων Ἡφαιστίων ἐξιδιοποιήσατο τὴν λύσιν καὶ σύγγραμμα ἐξέδωκεν, ἐπιγράψας· Περὶ τοῦ παρὰ Ἀνακρέοντι λυγίνου στεφάνου. ὅπερ νῦν ἐν τῇ Ῥώμῃ εὕρομεν παρὰ τῷ Ἀντικοττύρᾳ Δημητρίῳ. — οὐδὲν ἴδιον προσεξευρών, ὥσπερ κἀν τῷ περὶ λυγίνου στεφάνου· Μόνον γὰρ τοῦτ' ἴδιον εἴρηκεν, ὅτι Φύλαρχος ἐν τῇ ἑβδομῇ τῶν ἱστοριῶν οἶδε τὴν κατὰ λύγον ἱστορίαν, καὶ ὅτι οὐδὲ τὰ Νικαινέτου οἶδεν οὔτε τὰ Ἀνακρέοντος ὁ συγγραφεύς. ἀπέδειξέ τε καὶ διαφωνοῦντα αὐτὸν κατ' ἔνια τῶν ἱστορηθέντων παρὰ τῷ Μηνοδότῳ.

Anacreontis autem carmina in quinque libros divisa fuerunt, ut docet Crinagorae epigramma XIV. Anthol. Jacobs. T. II. p. 131:

Βύβλων ἡ γλυκερὴ λυρικῶν ἐν τεύχεϊ τῷδε
Πεντὰς ἀμιμήτων ἔργα φέρει χαρίτων,
Ἃς πρέσβυς ἡδὺς Ἀνακρέων ὁ Τήιος
Ἔγραψεν ἢ παρ' οἶνον ἢ σὺν Ἱμέροις.
Δῶρον δ' εἰς ἱερὴν Ἀντωνίῃ ἥκομεν ἠῶ
Κάλλευς καὶ πραπίδων ἔξοχ' ἐνεγκαμένῃ.

In quibus distribuendis quid potissimum critici Alexandrini spectaverint ignoramus. Et argumenti quidem vix crediderim eos rationem habuisse: simplex enim illud fuisse, licet varietate quadam ac vicissitudine non caruerit, supra demonstrare conatus sum; verum ut conjicio, secundum numerorum diversitatem haec carmina diviserunt. Ita Sapphus carmina ob id ipsum, credo, quia magna erant argumenti simplicitate, secundum metra erant disposita, quorum non exigua fuit varietas: sed in Alcaei carminibus distribuendis grammatici illi argumenti diversitatem secuti sunt.

Id igitur, ut conjicio, ii qui Anacreontis carmina

recensuerunt, Aristophanes inprimis atque Aristarchus, spectaverunt, ut quae ejusdem vel cognati numeri essent, in eodem libro collocarentur: neque obstant huic opinioni Hephaestionis verba p. 133: *Καὶ μάλιστα εἴωθεν ὁ ἀστερίσκος τίθεσθαι, ἐὰν ἑτερόμετρον ᾖ τὸ ᾆσμα τὸ ἑξῆς, ὃ καὶ μᾶλλον ἐπὶ τῶν ᾀσμάτων τῶν μονοστροφικῶν γίγνεται Σαπφοῦς τε καὶ Ἀνακρέοντος καὶ Ἀλκαίου.* nihil enim aliud Hephaestio vult, quam apud Anacreontem aliquoties carmina se excepisse, quae non ejusdem numeri essent; at certe cognati fuerunt, ut si carminibus glyconicis subjectum fuerit Priapeum. Et sunt alia quoque, quae hanc sententiam, haec carmina secundum numerorum similitudinem disposita esse, confirmare videantur: qua de re certius statuere possemus, si plura fragmenta libri, e quo petita sunt, numero addito servata essent. Ego quidem hanc rationem in digerendis his reliquiis secutus sum, ut quae consimilis numeri essent, eas componerem.

Primum Anacreontis carmen *metro glyconeo* conscriptum fuisse auctor est Hephaestio p. 125: *Κοινὸν δέ ἐστι κατὰ σχέσιν τὸ δύο συστήμασιν ὑποπεπτωκός, καθάπερ τὸ πρῶτον Ἀνακρέοντος ᾆσμα·*

Γουνοῦμαί σ', ἐλαφηβόλε,

et quae sequuntur. Hinc non injuria conjicias omnia carmina, quae ejusdem sunt numeri, libro primo fuisse comprehensa. Quare huic carmini statim subjunxi ea, quae metro glyconeo sunt adaptata. Usus est autem Anacreon in hoc genere numeri formis maxime puris, nitidis atque elegantibus. In basi maxime probavit spondeum: minus frequenter iambo est usus in hoc loco, ut Fr. VII. v. 3:

Βαρύνονται, ἰδ' ἄγριοι.

Fr. VIII. v. 1:

Ἐγὼ δ' οὔτ' ἂν Ἀμαλθίης.

et ibidem v. 122:

Flammeum video venire,
Ite, concinite in modum.

et v. 142:

Unguentate glabris marite
Abstinere.

et v. 147:

Sola cognita, sed marito
Ista non eadem licent.

et v. 191:

Jam licet venias marite,
Uxor in thalamo tibi est.

et v. 234:

Munere assiduo valentem
Exercete juventam.

Illi autem versus, qui brevi syllaba terminantur, corrupti sunt, ut in carmine LXI v. 48:

Quis deus magis ac magis
Est petendus amantibus.

Sed haec Guarini conjectura est: in Lachmanni codicibus omnibus legitur *amatis:* in quo aliud quid latere manifestum est. Quod in eodem carmine legitur vulgo v. 192:

Uxor in thalamo est tibi
Ore floridulo nitens.

id mutandum esse hoc modo:

Uxor in thalamo tibi est,

facile quilibet intelliget: atque sic codices Lachmanni legunt. ibidem v. 223. in omnibus codicibus et editionibus sic conformati sunt versus:

Sit suo similis patri
Manlio, et facile insciis
Noscitetur ab omnibus,
Et pudicitiam suae
Matris indicet ore.

Sed inficetum est utrumque illud *et*. Sic scripserat Catullus:

Sit suo similis patri
Manlio, *ut* facile insciis
Noscitetur ab omnibus:
Set pudicitiam suae
Matris indicet ore.

Hoc enim optat poeta, ut puer ille simillimus sit patri Manlio, ut quilibet statim Manlii filium esse agnoscat: sed quo simul a matre aliquid habeat, pudicitiam ejus referat ore. Accomodatissimum igitur est *set*. Jure autem atque lege in illo carmine ibi syllabae ancipiti locus concessus est, ubi exclamatio illa:

Io Hymen Hymenaee io,

interposita est, ut v. 124. 143. 153. 158. 163. 168. 174. 179. 183. 188.

Sed ut ad Anacreontem revertatur oratio, stropham unamquamque versu catalectico sive Pherecrateo terminat. Verum strophae illae non sunt aequales (uti Catullus quidem in unoquoque carmine Glyconeos pari semper intervallo distinxit, ut aut post tres aut post quatuor integros versus interponeret catalecticum), sed numerum variis modo majoribus, modo minutioribus membris carpit, ita tamen, ut in ipsa vicissitudine aequabilitatem quandam servaverit. Ita in carmine I. primum post duos, deinde post quatuor Glyconeos infertur Pherecrateus: pariterque in carmine II. primum post duos, deinde post quatuor, tum rursus post duos interpositus est versus catalecticus: et sic in his duobus carminibus strophas ternorum et quinorum versuum continuavisse videtur. In carmine XV. bis post tres Glyconeos illatus est catalecticus: in Fr. III. et V. bini acatalecti termi-

nantur catalectico: in Fr. IV. VII. VIII. post ternos integros versus interponitur Pherecrateus. Ibi autem fere semper numerum intervallo distinguit, ubi oratio aut prorsus ad terminum deducta est, aut certe paululum substitit, si discesseris a carminis II. versu 3:

Ὦναξ, ᾧ δαμάλης Ἔρως
Καὶ Νύμφαι κυανώπιδες
Πορφυρέη τ' Ἀφροδίτη
Συμπαίζουσιν.

Ceterum ob id ipsum, quia Anacreon frequenter hoc usus erat metro, id grammatici appellaverunt *Anacreontium*. Diomedes L. III. p. 512: „Sic et trimetrum ex superiore parte hexametri tale:

Musae Pierides novem.

Sed idem Anacreontium est, de quo supra diximus, nam simile est illud, quod posueram exemplum:

Sic te Diva potens Cypri."

Supra p. 509. dixerat: „Anacreontius in Horatio talis est:

Sic te Diva potens Cypri.

Praecisus hic est de superiore hendecasyllabo et tale est, quale illud:

Vidi, credite, per lacus.

Rursus hendecasyllabus ex isto superiore fieri potest:

Sic te diva potens Cypri Lucrinos.

Ergo apparet trisyllabum ab hendecasyllabo esse detractum, ut Anacreontius fieret." Marius Victorinus L. IV. p. 2597:

„Sulcos tunc retegunt comae

quod est metrum, ut grammatici Choriambicum, ut Musici Bacchiacum sive Anacreontium, syllabarum octo." idem p. 2611: „Tertia ode Lyricorum asmatum:

Sic te diva potens Cypri.

Hoc metrum Glyconeum, quod et Anacreontium dicitur, detracta syllaba Pherecrateum, adjuncta novissima hendecasyllabum Sapphicum erit." (L. enneasyllabum Sapph.) idem p. 1217: „Tredecima ode libri primi:

Cum tu Lydia Telephi

constat ex Glyconio, quod et Anacreontium dicitur, ut:

Sic te diva potens Cypri."

et rursus p. 2621: „Glyconia, quae et Anacreontia, spondeus: Sic te, choriambus: diva potens, pyrrhichius: Cypri." Attilius Fortunatianus p. 2674: „Tertia divisio est:

Castae Pierides meae Camoenae.

Detracto enim Camoenae fit Anacreontium metrum syllabarum octo, quod Musici Bacchion vocant, Grammatici choriambon." Etiam catalecticus versus Anacreontius appellatur, ut ab Attilio Fortunatiano p. 2702: „Quinta ode habet duos primos Asclepiadeos, tertium Anacreontium, quartum Glyconium, de quibus jam diximus. Priapei erit pars praeposito tamen Glyconio, sic:

Cui flavam religas comam grato, Pyrrha, sub antro?

Talis hic, qualis ille:

Immotamque coli dedit et contemnere ventos.

Item hoc si jungas, idem fiet: utraque haec pars Anacreontis est." Idem p. 2678. dicit Anacreontem frequenter hoc numero usum esse.

Versibus Glyconeis statim subjunxi eos, qui cognato numero conscripti erant; etsi non improbabile est versus reliquos choriambicos similesque a grammaticis in alium librum esse rejectos. Et primo quidem loco collocavi Fr. XVI. *Priapeio* metro conscriptum,

quoniam eodem numero constat, quo Glyconei. Hoc quoque metrum a Grammaticis *Anacreontium* nuncupatum esse videtur, siquidem Attilius Fortunatianus in Arte p. 2701. sic scribit: „Tertia ode dicolos est: habet primum octosyllabum Anacreontium, quem et Glyconicum vocant, habet originem ab heroo, constat ex spondeo et duobus dactylis: huic si jungas heptasyllabum Pherecratium, qui constat ex spondeo et dactylo (l. ex spondeo, dactylo et spondeo), ut:

Immotamque coli dedit et contemnere ventos.

Anacreonticon est.“ Hoc enim nomine appellat Glyconeum junctum cum Pherecrateo, id est Priapeium. Sed quae addit: „Usi sunt hoc genere metri Alcaeus, Sappho, Alcman:“ ea non jam ad Priapeium, sed ad Glyconeum sunt referenda: perturbata enim et praepostera ejus est oratio. Hoc autem numero illos usos esse lyricos etiam alio loco ipse Attilius Fortunatianus p. 2678. dicit, ubi de Glyconeis disserit: „Hic numerus frequens est apud lyricos, et praecipue apud Alcmanem, Sappho, Anacreonta.“ Atque deprehenduntur etiam in horum carminum reliquiis exempla quaedam numeri Glyconei, ut apud Alcaeum Fr. XXXV:

Λάταγες ποτέονται
Κυλιχνᾶν ἀπὸ Τηιᾶν.

Sic enim dispono: existimo autem his praemissos fuisse duos versus Asclepiadeos, ut similis fuerit stropha atque illa Horatii Carm. I. 5:

Quis multa gracilis te puer in rosa
Perfusus liquidis urguet odoribus
Grato, Pyrrha, sub antro?
Cui flavam religas comam?

Sappho saepius hunc numerum usurpavit, sed non videtur versus una perpetuitate vinxisse, ita ut et

syllabae brevi et hiatui in extremo versu locus esset: sic in Fr. XXIV. legitur:

Ἄγε δὴ χέλυ μοι λέγε,
Φωνάεσσά τε γίνεο.

Ita enim scribo: et Glyconei sunt in Fr. XXV. pariter atque in Fr. XXVI:

Κἀπαλαὶς ὑποθυμίδας
Πλεκταὶς ἀμπ᾽ ἀπαλᾷ δέρᾳ.

Sic enim scripserat Sappho: et in Fr. XXVII. quod ita corrigo:

Σμικρά μοι πάϊς ἔμμεναι,
Ἄτθι, φαίνεο κἄχαρις.

At vero Fr. XX. non puto ex solis Glyconeis constare, sed ex enneasyllabis Sapphicis, quibus immixti sunt Glyconei: ita autem corrigo:

Ἀλλ᾽ ἐὼν φίλος ἄμμιν (ὄντως),
Λέχος ἄρνυσο νεώτερον·
Οὐ γὰρ τλάσομ᾽ ἐγὼ ξυνοικῆν
Νέῳ οὖσα γεραιτέρα.

Aptissime autem hi numeri copulantur. Alcman denique Glyconeo usus est, ut videtur, in illo carmine apud Athenaeum L. XIII. p. 600. F:

Ἁ ξανθὰ Μεγαλοστράτα.

Atque ex Aeolico lyrico depromtus esse videtur ille Glyconeus, qui legitur in Etymolog. M. p. 225. 7: *Γέλαν· οἷον·*

Γέλαν δ᾽ ἀθάνατοι θεοί.

κατὰ συστολὴν λαμβάνεται, ὡς ἡ μετοχὴ δηλοῖ. γέλαντος γὰρ ἡ γενικὴ κατὰ συστολὴν τοῦ ᾰ· τὰ δὲ ἐνδέοντα συλλαβῇ τρίτα πρόσωπα τῶν πληθυντικῶν καταλήγουσιν εἰς τὴν παραλήγουσαν τῆς γενικῆς τῶν μετοχῶν· οὕτως Ζηνόδοτος. Priapeio autem versu neque Sappho, neque Alcaeum neque Alcmanem usum esse crediderim. —

Ceterum Anacreon in illo fragmento in basi semper posuit spondeum.

Sequens Anacreontis fragmentum XVII. constat ex Glyconeo et tetrametro choriambico catalectico, cui basis praemissa est: idem metrum restitui Anacreonti in Fr. XVIII. cui nullus numerus inerat. Longior ille choriambicus numerus in posteriore fragmento incisus est suo loco, id est post secundum choriambum:

Τρέψας θυμὸν ἐς ἥβην τερένων | ἡμιόπων ὑπ' αὐλῶν.

Sed in priore fragmento incisio post primam arsin tertii demum pedis facta est:

Πέτρης, ἐς πολιὸν κῦμα κολυμβῶ | μεθύων ἔρωτι.

Nam cum Graecis poetis nihil magis curae esset, quam varietas, quae eos qui audirent, delectaret et voluptate impelleret, versus non solum medios inciderunt, sed modo longioribus modo minutioribus articulis carpserunt.

Post collocavi carmen XIX. cujus unaquaeque stropha constat ex binis tetametris choriambicis acatalecticis et dimetro iambico acatalectico: hunc siquis pro dimetro choriambico, qui ex iambis compositus sit, habeat, minus probaverim. Tetrametri in medio versu, ut solent, incisi sunt, bis vero post primam arsin tertii pedis, ut in v. 7:

Κηθελοπόρνοισιν ὁμιλέων | ὁ πονηρὸς Ἀρτέμων.

et in v. 13:

Παῖς Κύκης καὶ σκιαδίσκην | ἐλεφαντίνην φορέει.

Quartus cujusque tetrametri pes constat, ut par est, ex iambica dipodia: quamquam, ne aures eorum qui audirent fastidium satietasque caperet, in reliquis locis versuum choriamborum vehementiam vicissitudine

iamborum temperavit. In v. 6. jambica dipodia possit resoluta videri:

Νεόλυτον εἴλυμα κακῆς ἀσπίδος, ἀρτοπώλισιν.

Sed potius statuendum est primas syllabas vocis *νεόλυτον* Ionum more coalescere, ut choriambus fiat. Anapaestus admissus est pro iambo in nomine proprio, si recte conjeci, in v. 1:

Ξανθῇ δέ γ' Εὐρυπύλῃ μέλει.

Ceterum versus ipsi non sunt inter se connexi: hinc syllabae brevi locus est in versu extremo, ut v. 3. et v. 4:

Πρὶν μὲν ἔχων βερβέριον, καλύμματ' ἐσφηκωμένα
Καὶ ξυλίνους ἀστραγάλους ἐν ὠσὶ καὶ ψιλὸν περί.

et v. 12:

Νῦν δ' ἐπιβαίνει σατινέων, χρύσεια φορέων καθέρματα.

Etiam hiatum admissum esse reperies inter versum primum et secundum:

Ξανθῇ δέ γ' Εὐρυπύλῃ μέλει
Ὁ περιφόρητος Ἀρτέμων.

Huic carmini subjeci ea, quae *tetrametris choriambicis catalecticis* scripta sunt, Fr. XX. et XXI: hi versus secundo loco jambicam habent dipodiam, quod genus metri non infrequens est apud comicos graecos, ut apud Aristoph. in Amphiarao Fr. XIV. et XV. apud Eupolim in Assentatoribus apud Athenaeum L. VI. p. 236. E. et in alio ejusdem poetae fragmento apud Scholiastam Aristoph. Nub. v. 96. et v. 179. quod ex ipsa Assentatorum fabula petitum esse alibi demonstrabo: sic autem constituendum puto:

Δεξάμενος δὲ Σωκράτης τὴν ἐπίδειξιν (αὐτοῦ),
Στησιχόρου πρὸς τὴν λύραν οἰνοχόην ἔκλεψεν.

Sunt enim hi versus ex antistropha illius carminis, quod Athenaeus servavit, depromti: praecipue enim in

parabasi eo metro comici usi esse videntur. Ceterum uterque Anacreontis versus legitimam habet caesuram post iambicam illam dipodiam: apud Eupolim modo in longiores modo in breviores articulos hic numerus divisus est: ut in illo carmine apud Athenaeum eo loco, quem modo memoravi, v. 4:

Ἀλλότριος τὰ πολλά, | μικρὸν δέ τι κἀμὸς αὐτοῖ.

Ita enim corrigo: et v. 5:

Ἱματίω δέ μοι δύ' ἐστὸν | χαριέντε τούτω.

et v. 7. 8. et 9:

Εἰς ἀγοράν, ἐκεῖ δ', | ἐπειδὰν κατίδω τιν' ἄνδρα
Ἠλίθιον, πλουτοῦντα δ', | εὐθὺς περὶ τοῦτον εἰμι·
Κἄν τι τύχῃ λέγων ὁ πλούταξ, | πάνυ τοῦτ' ἐπαινῶ.

et v. 12:

Μᾶζαν ἐπ' ἀλλόφυλον, | οὐ δεῖ χαρίεντα πολλά.

et v. 14. 15. et 16:

Οἶδα δ' Ἀκέστορ' αὐτό, | τόν στιγματίαν παθόντα·
Σκῶμμα γὰρ εἶπ' ἀσελγές, | εἶτ' αὐτὸν ὁ παῖς θύραζε
Ἐξαγαγὼν ἔχοντα κλοιὸν | παρέδωκεν Οἰνεῖ.

Post collocavi Fr. XXII. quod constat ex *tetrametris choriambicis acatalecticis*, in quibus prima quaeque arsis primi choriambi in duas breves syllabas soluta est, quod Anacreontem in hoc uno tantum carmine fecisse Hephaestion p. 52. docet: *Ἀνακρέων δὲ ἐπετήδευσε τὴν πρώτην συζυγίαν δι' ὅλου ᾄσματος ἐκ τριβράχεος καὶ ἰάμβου ποιῆσαι, ὥς εἶναι κοινὴν λύσιν τῆς τε χοριαμβικῆς καὶ τῆς ἰαμβικῆς.* Conferas etiam Plotium p. 2655: „Choriambicum Anacreontium tetrametrum catalecticum fit primi choriambi soluta prima syllaba longa in duas breves, ut sit pes primus ex tribrachy et iambo vel ex pyrrhichio et anapaesto, duobus mediis choriambis, quarto pede, id est novissimo, bacchio, ut:

Atavus eras dulce decus praesidiumque genti.“

Idem metrum Anacreonti recte restituisse mihi videor in Fr. XXIII. Eadem in hoc genere versus caesurae vicissitudo est, quae in aliis numeris choriambicis; in Fr. XXII. v. 2. habet legitimam caesuram in medio: ibidem versus 1. prius membrum latius progreditur:

Ἀναπέτομαι δὴ πρὸς Ὄλυμπων | πτερύγεσσι κούφαις.

sicut etiam in Fr. XXIII:

Ὑποπόλιον χρυσοφαέννον | πτερύγων ἀήταις.

Ceterum, ut par est, jambicam dipodiam nusquam substituit choriambo.

Fr. XXIV. et XXV. videntur partes esse tetrametrorum choriambicorum catalecticorum ejus generis, cujus fuerunt Fr. XX. et XXI.

Deinceps posui versum (Fr. XXVI.), qui constat ex duobus choriambis et dactylico trimetro catalectico in syllabam: quod genus metri alibi vix reperias: nam quod legitur apud Marium Victorinum p. 2583: „Ergo erunt in versu tres choriambi, ultimus Bacchius a brevi incipiens: nam satis absone choriambo clauditur, meritoque Tetrameter catalecticus figuratur, ut:

Dum meus hic assiduo ardeat igne focus.“

Id, inquam, corruptum esse apparet.

Sequens fragmentum (XXVII.) constat ex duobus choriambis et ithyphallo, ita tamen ut secundi choriambi locum jambica dipodia obtineat.

Trimetro choriambico catalecto usum esse Anacreontem auctor est Hephaestio p. 52. exempli loco proponens Fr. XXVIII. Conferas etiam Servium in Centimetro p. 1822: „Anacreontium constat dimetro et amphibracho, ut est hoc:

Virgilius, Mantua quem creavit.“

Idem metrum bis restitui Anacreonti Fr. XXIX. et XXX. Et fortasse ex Anacreonte petitus est ille versus, qui legitur in Etymol. M. p. 513. 20: *Κιδαλία· οἷον·*

Κιδαλίης κρηνῖδος ἐπλανήθην.

Ἐκ Πινδάρου· χεῖρα Κιδαλίης· εἰς τὴν χεῖρα αἰτιατικὴν, μὴ κινήσῃς ἐκθλίψει. Κιδαλία γάρ ἐστιν. Κρηνῖδος autem correpta media syllaba dixisse videtur.

Pro primo choriambo posita est iambica dipodia Fr. XXX:

Οὐδ᾽ ἀργυρέη κω τότ᾽ ἔλαμπε Πειθώ.

et Fr. XXIX. v. 2. ubi pro altero iambo positus est tribrachys:

Οἶνον, τρικύαθον κελέβην ἔχουσα.

Quod deinde posui Fr. XXXI. constat ex dimetro choriambico, quo numeri genere ita poeta usus esse videtur, ut eum tetrametris catalecticis aliisque longioribus versibus praeposuerit: quod Attilii Fortunatiani quoque verba confirmare videntur. Et in Fr. XXXII. ut ego constitui, hic versus copulatus est cum enneasyllabo Sapphico.

Sequens versus (Fr. XXXIII.) compositus est ex duobus choriambis et iambo: quod genus metri commemorat Plotius p. 2654: „Trimetrum acatalectum (brachycatalectum scripsisse videtur) etiam hoc modo, primis duobus choriambis, tertio iambo:

Carpe diem, quam minimum dolens.“

Quamquam hoc fragmentum etiam Asclepiadei pars esse potuerit, basi omissa.

Huic subjunxi versum (Fr. XXXIV.) qui constat e basi, duobus choriambis et una syllaba: quem versum grammatici hendecasyllabum vocant. Eo Anacreontem usum esse significat Servius in Centimetro

p. 1823: „Anacreontium constat trimetro catalecto, ut est hoc:

Curas mitificant dona Lyaei."

Marius Victorinus p. 2534: „Trimetrum catalecticum Anacreontium ita:

Amor te meus o pulchra puella."

Idem metri genus restitui Anacreonti Fr. XXXV, ubi in basi posuit iambum:

Ἔχον πυθμένας ἀγγειοσελίνων.

Etiam Fr. LXXII. poterit ad eundem numerum revocari.

Hendecasyllabum, quem vulgo appellant, restitui Fr. XXXVI: quo numero Anacreontem usum esse satis docent grammaticorum testimonia, quae ibi adscripsi. Ad eundem numerum Fr. XXXVII. et Fr. XXXVIII. revocavi: sed in utroque additus est hendecasyllabo Glyconeus, pro basi anacrusin habens.

Secundus Anacreontis liber continebat ea carmina, quae *ionico numero* *) scripta erant, si recte conjeci criticos Alexandrinos in digerendis his carminibus metrorum habuisse rationem. Athenaeus enim L. XV. p. 671. E. e secundo libro Anacreontis duos tetrametros ionicos servavit. Idem liber in Etymologo Magno p. 713. 26 nominatur, ubi versus ex eo depromtus est trimeter ionicus. Item auctor Etymologi M. p. 593. 18. secundo libro Anacreontis utitur, respiciens Fr. LII. quod trimetros habet ionicos. Denique Ammonius p. 42. ed. Valken. servavit quaedam Anacreontis verba numero ionico adaptata ex secundo

*) Versibus autem ionicis usum esse Anacreontem testatur praeter alios Marius Victorinus L. III. p. 2567: „Cujus exemplum apud Horatium reperies, qui in hoc genere carminis Alcaeum secutus est. Et Anacreon lyricus et Euripidis tragicus et comici poetae reperti sunt hoc uti numero."

libro, sed utrum dimetri sint an pars tetrametri vix discernere poteris. Dimetri autem ionici mihi videntur a grammaticis in tertium librum rejecti esse, siquidem carmen LXII. quod ex dimetris ionicis compositum est, ex eo libro petitum est, ut cognoscimus ex commentatore Cruquii ad Horat. Carm. I. 27. v. 1: „Sensus autem sumtus ex Anacreonte libro tertio: Ἄγε, δῶτε, μηκέθ᾽ οὕτω πατάγῳ τε κἀλαλητῷ Σκυθικὴν πόσιν παρ᾽ οἴνῳ μελετῶμεν.“ Idem tradit Porphyrio ad eundem locum: „Ode προτρεπτικὴ est ad hilaritatem, cujus sensus sumtus est ab Anacreonte in libro tertio.“

Et *tetrametrorum* quidem *acatalecticorum* quinque supersunt fragmenta XXXIX. — XLIII. Ex puris ionicis compositi sunt versus, qui leguntur Fr. XXXIX. et XL: sed longe frequentius videtur Anacreon fractis illis versibus usus esse, quorum impetus concitatus leniore ac placido ingressu trochaeorum temperatus fuit: antiquiores autem lyrici poetae praetulisse videntur in his versibus tetrametris puros ionicos, quo concitatior atque volubilior esset numerus, ut est ille Alcaei versus apud Hephaest. p. 67: Ἀλκαίῳ δὲ πολλά, ὥςπερ καὶ τόδε·

Ἔμε δειλάν, ἔμε πασᾶν κακοτάτων πεδέχοισαν.

Ad eundem tetrametrorum numerum revocavi venustissimum carmen (Fr. XLI.), quod vulgo male in dimetros divisum erat: sed vel sententiarum atque verborum compositio eam commendat digerendi rationem, quam ego institui. Etiam in Fr. XLII. et Fr. XLIII. restitui tetrametros ionicos. Utrum autem Anacreon in uno eodemque carmine versus et anaclomenos et ex integris ionicis compositos usurpaverit, an utrumque genus diligenter separaverit, ex istis carminum reliquiis non potest liquido explorari.

Incisionem tetrametri plerumque habent legitimam in medio versu: neque vero semper poeta istam membrorum aequalitatem servat, sed varie articulos format atque fingit: nam in Fr. XL. incisio facta est post primam arsin secundi pedis:

Καθαρῇ δ' ἐν κελέβῃ | πέντε τε καὶ τρεῖς ἀναχείσθων.

et in Fr. XLII. versus 1. caesuram habet ante primam arsin tertii pedis, si recte illum locum restitui:

Ἐμὲ γὰρ λόγων ἐμῶν εἵνεκα | παῖδες ἂν φιλοῖεν.

Eademque incisio praeferenda esse videtur etiam in carminis XLI. v. 2. 4. 5, etsi ibi vulgaris quoque locum habere potest:

Χαρίεσσα δ' οὐκέθ' ἥβη πάρα, | γηραλέοι δ' ὀδόντες.
Διὰ ταῦτ' ἀνασταλύζω θαμά, | Τάρταρον δεδοικώς.
Ἀΐδεω γάρ ἐστι δεινός μυχός, | ἀργαλέη δ' ἐς αὐτόν.

Fragmentum XLIV. tetrametrum ionicum acatalectum esse, cui anacrusis longa praemissa est, existimo: nolim enim pro versu choriambico habere.

Carmen illud, quod in Smerdien scripsit, cujus tria supersunt fragmenta XLV. XLVI. et XLVII. tetrametris ionicis brachycatalecticis constabat, sed iis anaclomenis. Conferas etiam Marium Victorinum p. 2593: „Item ex Ionico *ἀπὸ ἐλάσσονος* et Paeone tertio et Ithyphallico sic:

Miserarum est nec amore nec furore tangi."

Hi versus caesuram post primam arsin secundi pedis ionici habuisse videntur, ut est in Fr. XLV:

Μεγάλῳ δηὖτέ μ' Ἔρως | ἔκοψεν ὥστε χαλκεὺς
Πελέκει, χειμερίῃ δ' | ἔλουσεν ἐν χαράδρῃ.

et in Fr. XLVI:

Ἀπέκειρας δ' ἁπαλῆς | κόμης ἄμωμον ἄνθος.

Nonnumquam tamen etiam alio loco hi versus incisi erant, si vere hunc retuli Fr. XLVII.

Trimetris ionicis acatalecticis Anacreontem usum esse constat ex Hephaestionis testimonio p. 69. vid. Fr. XLVIII. Idem metrum quinquies restitui Anacreonti Fr. XLIX. — LIII. Sunt autem versus illi partim ex integris ionicis, partim ex fractis compositi, videturque Anacreon utrumque numerorum genus conjunxisse, ut est in Fr. XLIX. (si haec recte in trimetrorum formam redegi):

Ἀγανῶς οἷά τε νεβρὸν νεοθηλέα
Γαλαθηνόν, ὅστ' ἐν ὕλῃς κεροέσσης
Ἀπολειφθεὶς ὑπὸ μητρὸς ἐπτοήθη.

et in Fr. LI:

Μυθιῆται δ' ἀνὰ νήσῳ τριμερίστῃ
Διέπουσιν Σάμον, ἱρὸν ἄστυ Νυμφέων.

Ita autem ionicos temperavit trochaeis, ut si medio loco dipodia trochaica esset, inferret integrum pedem ionicum, ut est in Fr. XLVIII:

Ἀπό μοι θανεῖν γένοιτ'· οὐ γὰρ ἂν ἄλλη
Λύσις ἐκ πόνων γένοιτ' οὐδαμὰ τῶνδε.

et in Fr. XLIX. v. 2:

Γαλαθηνόν, ὅστ' ἐν ὕλῃς κεροέσσης.

et in Fr. LIII. v. 1. et 2:

Ἐπὶ δ' ὀφρύσιν σελίνων στεφανίσκους
Θέμενοι, θάλειαν ὀρτὴν ἀγάγωμεν.

Sed ibi jure suo tertium locum trochaica dipodia obtinet, ubi primo loco integer est ionicus, ut est in Fr. XLIX. v. 3:

Ἀπολειφθεὶς ὑπὸ μητρὸς ἐπτοήθη.

et in Fr. LI:

Διέπουσιν Σάμον, ἱρὸν ἄστυ Νυμφέων.

et in Fr. LII:

Σικελὸν κότταβον ἀγκύλῃ δαΐζων.

Trimetro catalectico (Fr. LIV.) usum esse Anacreontem docet Hephaestion p. 59, quem utrum con-

tinuum usurpaverit, an ita ut strophas ex integris trimetris compositas eo terminaverit, non liquet. Hoc metri genus Servius in Centimetro p. 1823 *) *Anacreontium* appellare videtur: „Anacreontium constat dimetro acatalecto, ut est hoc:

Fuge virgo, fuge munus Veneris."

Sed haec corrupta esse manifestum est: nam non est hic dimeter, sed trimeter, non acatalecticus versus, sed catalecticus. Videtur igitur, scribendum esse: „Anacreontium constat dimetro acatalecto, ut est hoc:

* * * * * * * *

Anacreontium constat trimetro catalecto, ut est hoc:

Fuge virgo, fuge munns Veneris."

Quae quidem verba transtulit Servius, ut conjicio, ex aliquo ipsius Anacreontis versu, quem a graeco grammatico exempli loco propositum esse vidit: uti quod postea profert: „Sapphicum constat trimetro acatalecto, ut est hoc:

Sonat alta trabe fixus tibi nidus."

id sumsit ex illo Sapphus carmine, cujus exordium fuit (Fr. LII):

Τί με Πανδιονὶς ὠρανὰ χελιδών;

Et hoc quidem in versu *munus Veneris* prorsus ita

---

*) Quod apud Servium praecedit: „Timocratium constat dimetro catalecto, ut est hoc:

Rosa Veneris specimen."

id sic corrigendum est: „*Timocreontium* constat dimetro catalecto, ut est hoc:

Rosa *veris* specimen."

Hoc enim metri genere usus erat Timocreon, ut cognoscimus ex Hephaestione p. 71: *Τῷ δὲ καθαρῷ ἑφθημιμερεῖ ὅλον ᾆσμα Τιμοκρέων συνέθηκεν·*

Σικελὸς κομψὸς ἀνὴρ
Ποτὶ τὰν ματέρ' ἔφα.

dictum est, ut *δῶρον Ἀφροδίτης* in Anacreontis Fr. LXIX. v. 3:

Ἀλλ᾽ ὅστις Μουσέων τε καὶ ἀγλαὰ δῶρ᾽ Ἀφροδίτης
Συμμίσγων ἐρατῆς μνήσκεται εὐφροσύνης.

Similiter Hesiodus in Clypeo v. 46:

Παννύχιος δ᾽ ἄρ᾽ ἔλεκτο σὺν αἰδοίῃ παρακοίτι,
Τερπόμενος δώροισι πολυχρύσου Ἀφροδίτης.

Homerus Hymno in Cererem v. 101:

Γρηΐ παλαιγενέϊ ἐναλίγκιος, ἥτε τόκοιο
Εἴργηται, δώρων τε φιλοστεφάνου Ἀφροδίτης.

Theognis v. 1331:

Εἴποτε καὶ σὺ
Ἕξεις Κυπρογενοῦς δῶρον ἰοστεφάνου.

Ceterum semel pro ionico receptus est molossus Fr. LIV:

Διονύσου σαῦλαι Βασσαρίδες.

Nam quod in Fr. LI. v. 1. legebatur *μυθηταί*, id corruptum est pro *μυθιῆται*.

Tetrametri autem atque *trimetri ionici* sintne conjuncti una perpetuitate necne, ex iis carminum reliquiis, quae servatae sunt, non possumus conjicere.

Fragmentum LV, quod his subjunxi, constat ex jambica penthemimeri et dimetro ionico acatelecto, quo numeri genere non semel tragici usi sunt. Similem numerum mihi deprehendisse visus sum in Fr. LVI. constat enim hic versus ex jambico dimetro hypercatalectico et ionico dimetro catalectico; neque enim credo haec in choriamborum formam redigenda esse. Non dispari numero usa est Sappho Fr. XXXII:

Γλυκεῖα μᾶτερ, οὔτοι δύναμαι κρέκην τὸν ἱστὸν
Πόθῳ δαμεῖσα παιδὸς βραδινὰν δι᾽ Ἀφροδίταν.

Tetrametrorum particulae videntur esse Fr. LVII. Fr. LVIII. et Fr. LIX.

Dimetros ionicos frequentissime usurpavit Anacreon, unde a grammaticis hoc genus metri *Anacreonticum*

appellatum est: ut a Servio p. 1823: „Anacreontium constat dimetro acatalecto.“ Item Terentianus Maurus p. 1246 (nam de hoc dimetro ionico intelligenda sunt, quae ibi dicuntur, non de hendecasyllabo):

Nunc divisio, quam loquemur edet
Metrum, quo memorant Anacreonta
Dulces composuisse cantilenas.
Hoc Petronius invenitur usus.
Musicum lyricum refert eundem
Consonantia verba cantitasse,
Et plures alii.

et quae sequuntur. Marius Victorinus p. 2601: „At id, quod versus superest:

Segetes meum laborem,

metrum erit Anacreontium: siquidem eo frequentissime usus sit, sed et apud nos plerique, inter quos Arbiter satyricon ita:

Triplici vides ut ortu
Triviae rotetur ignis,
Volucrique Phoebus axe
Rapidum pererret orbem.“

Attilius Fortunatianus p. 2671: „Reliqua pars hendecasyllabi:

Lepidum novum libellum,

Anacreonticon facit metrum octosyllabum jambicum ab anapaesto incipiens, quale est illud apud Lepidum:

Mea Vatiena amabo.“

et ibidem: „Catullus in Anacreontico:

Ades, inquit, o Cybebe.“

Dimetris autem scripta sunt Fr. LX — LXV. Utitur autem Anacreon in his carminibus fere fractis illis atque lenibus formis, ut indicat etiam Hephaestion p. 70: *Τὸ δὲ δίμετρον* (sic scripserat grammaticus)

καὶ Ἀλκαῖος ἐν ᾄσματι, οὗ ἡ ἀρχή — κέχρηται δὲ καὶ Ἀνακρέων ἐν πλείοσιν ᾄσμασιν·

Ὀρσόλοπος μὲν Ἄρης φιλέει μεναιχμάν. (Fr. LXXIV.)

Et revocavi ad hunc numerum quatuor Anacreontis fragmenta LXXV — LXXVIII. Hujus metri nomen corruptum est apud Servium in Centimetro p. 1825: „Aenitologium constat dactylica et iambica penthemimeri, ut est hoc:

Carmina bella magis vellem sonare.“

Legendum enim est: *Encomiologicum.* Semel prior trochaeus solutus est in tribrachyn Fr. LXXVI:

Νῦν δ' ἀπὸ μὲν πόλεως στέφανος ὄλωλεν.

Versibus dactylicis subjunxi *trochaicos:* et *dimetro* quidem *trochaico acatalecto* Anacreontem usum esse Plotius dicit p. 2648: et in dimetros olim divisum fuit pulcrum illud carmen, quod legitur Fr. LXXIX. sed ego illud ita disposui, ut essent tetrametri. Ita unaquaeque stropha constat tetrametro acatalecto et catalecto: quam divisionem omni carmini accommodatissimam esse facile quilibet intelliget. Et tetrametros acatalectos usurpasse Anacreontem docet Hephaestion p. 36. exempli loco proponens Fr. LXXX. et Servius in Centimetro p. 1820. Eundem numerum restitui in Fr. LXXXII. Tetrametrum autem catalecticum revocavi in Fr. LXXXI. Tetrametros catalecticos continuavisse videtur in Fr. CXXXII. si recte illud constitui. Verba, quae leguntur Fr. LXXXIII. ex tetrametro trochaico petita sunt, si satis recte emendavi.

Subsequuntur denique versus *iambici:* in *tetrametrum acatalecticum* redegi ea verba, quae leguntur Fr. LXXXIV: quo numero alii quoque lyrici, ut Alcaeus, usi sunt. Iambos autem scripsisse Ana-

creontem docet Suidas v. Ἀνακρέων· — ἔγραψεν ἐλεγεῖα καὶ ἰάμβους, Ἰάδι πάντα διαλέκτῳ — καὶ συνέγραψε παροίνιά τε μέλη καὶ ἰάμβους καὶ τὰ καλούμενα Ἀνακρέοντεια. Eudocia in Villois. Anec. T. I. p. 60: Ἀνακρέων Τήιος λυρικὸς ἔγραψεν ἐλεγεῖα καὶ ἰάμβους. Etiam auctor Etymologi Magni p. 523. 10. Anacreontis iambos commemorat: Γίνεται κνύζα· ὡς παρ' Ἀνακρέοντι ἐν Ἰάμβῳ (Fr. LXXXVII)·

Κνίζη τις ἤδη καὶ πέπειρα γίνομαι
Σὴν διὰ μαργοσύνην.

Et duo continui *trimetri iambici* leguntur in Fr. LXXXV: alius, si is est Anacreontis, Fr. LXXXVI. Saepius trimetris epodos adjunxisse videtur, sic in Fr. LXXXVII. trimetro jambico subjecit versum trimetrum dactylicum catalecticum in syllabam, et in Fr. LXXXVIII. trimetrum consequitur ithyphallicus versus.

Trimetrum hypercatalecticum Anacreontium nuncupat Servius in Centimetro p. 1918: „Anacreontium constat trimetro hypercatalecto, ut est hoc:

Amor puellae pectus improbae fatigat.“

Sed in reliquiis carminum nullum hujus numeri vestigium reperies; et si eo fuerit usus Anacreon, non pro iambico est habendus, sed potius pro trochaico, cui anacursis praemissa est.

Maxime autem Anacreon *dimetros acatalecticos* frequentavisse videtur, unde hoc genus metri a grammaticis, ut ab Hephaestione p. 29. Scholiasta Aristoph. Equit. v. 766. et Plut. v. 253. *Anacreontium* appellatur: huic numero adaptata sunt Fr. LXXXIX. et Fr. XC. Versus ipsi utrum inter se conjuncti fuerint an vinculo continuo liberi, ex paucis reliquiis non licet cognoscere: sed probabile est, non consociatos fuisse. Ab hoc versuum genere non differt id, quod legitur Fr. XCI, nisi quod ibi anacrusis est geminata,

quo vehementior et concitatior numerus decurrat, quod carminis argumento accomodatissimum est: et hic quidem singuli versus non erant vincti inter se. Solutiones more lyricorum poetarum fugisse videtur: semel pro jambo dactylum positum reperies Fr. XC. v. 3:

Σὺν Γαστροδώρῃ καταχύδην.

semel autem tribrachyn Fr. XCI. v. 2:

Ὀχάνοιο χεῖρα τιθέμεναι.

Dimetros catalecticos Grammatici *Anacreontios* appellant, sed non credo quemquam veterum poetarum lyricorum his versibus continuatis usum esse: et Fr. XCII, quod Anacreontis esse Hephaestionis verba parum probant, huic poetae abjudicandum esse censeo.

Dimetros brachycatalectos usurpavisse Anacreontem Servius in Centimetro p. 1818 indicat: „Anacreontium constat dimetro brachycatalecto, ut est hoc:

Ajax furit dolens.“

Et revocavi ad hunc numerum Fr. XCIII.

Versuum choliamborum vestigia quaedam mihi videor animadvertisse in Fr. XCVIII. et CIII.

Versus ex geminata jambica penthemimeri compositi leguntur in Fr. XCIV. si vere illa verba emendavi: quamquam etiam ita compositi esse possunt, ut constent ex jambica dipodia et ithyphallico. Grammatici hoc metri genus Praxillium dicunt. Plotius p. 2657: „Antispastum dimetrum brachycatalectum Praxillium fit hippio tribus trochaeis,

Trahuntque nunc machinae carinas.

Hoc etiam Ithyphallicum antispasticum nuncupant.“ Simillimum numerum, nisi quod ibi anacrusis geminata est, Rufinus p. 2727. *Anacreontium* appellat: „Anacreontius:

Miseri invidi vivimus scientes.

Recipit pyrrhichium, chorium, spondeum, brachysyllabum anapaestum: primus semper est Pyrrhichius."

Denique in Fr. XCV. versus sunt ex duobus anapaestis et ithyphallo compositi: anapaesti loco etiam spondeus recipitur, ut est in v. 2:

Τοὺς μὲν ῥοδίνους, τὸν δὲ Ναυκρατίτην.

Non raro autem anapaesti cum ithyphallo copulantur: conferas Terentianum Maurum v. 1839:

Alias tamen haec eadem pars
Quoties Ithyphallicon addit,
Metrum sibi tale fit unum:
Mea tibia dicere versus destitit Latinos.
Jam dudum saucia cura deserit pudorem.
Priamique evertere gentem fata jam parabant.

Jam vero ex his apparet Anacreontem fere idem numeri genus iteravisse atque continuavisse, sive, ut grammatici appellant, carmina *κατὰ στίχον* composuisse, ut sunt ionica, alia; stropharum autem rariorem usum fuisse. Anacreon vero si quando strophis usus esse reperitur, carmina monostrophica composuit: ut docet Hephaestio p. 122: *Μονοστροφικὰ μὲν οὖν εἰσίν, ὅσα ὑπὸ μιᾶς στροφῆς καταμετρεῖται καθάπερ τὰ Ἀλκαίου καὶ τὰ Σαπφοῦς καὶ ἔτι τὰ Ἀνακρέοντος.* et p. 134: *Καὶ μάλιστα εἴωθεν ὁ ἀστερίσκος τίθεσθαι, ἐὰν ἑτερόμετρον ᾖ τὸ ᾆσμα τὸ ἑξῆς· ὃ καὶ μᾶλλον ἐπὶ τῶν ποιημάτων τῶν μονοστροφικῶν γίνεται Σαπφοῦς τε καὶ Ἀνακρέοντος καὶ Ἀλκαίου.* Sed illae ipsae strophae in eodem carmine usque repetitae non erant magno ambitu, sed ex paucis fere versibus articulisque compositae. Nam quod Dionysius Halicarnassensis de composit. verbor. c. 19. p. 262. ed. Schaef. dicit antiquos lyricos Alcaeum et Sappho minutioribus strophis usos esse: *Οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι μελοποιοί, λέγω δὲ Ἀλκαῖόν τε καὶ Σαπφώ, μικρὰς ἐποιοῦντο στροφάς, ὥστε ἐν ὀλίγοις*

τοῖς κώλοις οὐ πολλὰς εἰσῆγον τὰς μεταβολάς, ἐπῳδοῖς τι πάνυ ἐχρῶντο ὀλίγαις. id etiam ad Anacreontem referendum est. Et consentaneum est Anacreontem strophas ex paucis membris articulisque composuisse, quales materia instituta requirebat, a qua strophae longioris ambitus et ob id ipsum argumento gravi ac severo aptiores abhorrebant, ita quidem ut ad similitudinem carminum epodicorum proxime accederent. Strophae ipsae simplicis erant compositionis, nec magna versuum varietate insignes: videmus enim plerumque ejusdem numeri species easdem aut certe cognati repetitas esse: singulae autem partes stropharum atque articuli in aliis carminibus inter se nexi atque una perpetuitate conjuncti sunt, in aliis non. Ita Anacreon ex versibus Glyconeis strophas sic componit, ut ordinem ex duobus tribusve Glyconeis compositum Pherecrateo terminaverit. Non dissimili ratione strophae carminis XIX. compositae sunt: binis enim tetrametris choriambicis acatalecticis subjungitur dimeter jambicus acatalectus, qui numerus aptissime cum illo consociatur: jambis enim ipsos choriambos poeta moderatus erat; hoc modo:

Πολλὰ μὲν ἐν δουρὶ τιθεὶς αὐχένα, πολλὰ δ' ἐν τροχῷ,
Πολλὰ δὲ νῶτον σκυτίνῃ μάστιγι θωμιχθείς, κόμην
Πώγωνά τ' ἐκτετιλμένος.

In carmine LXXIX. quaeque stropha constat ex tetrametro trochaico acatalecto et catalecto, ut est in exordio:

Πῶλε Θρηκίη, τί δή με λοξὸν ὄμμασι βλέπουσα
Νηλεῶς φεύγεις, δοκέεις δέ μ' οὐδὲν εἰδέναι σοφόν;

In Fr. XXXVII. et XXXVIII. si recte constitui, Glyconeus cum hendecasyllabo consociatus est, ut est illud:

Πλεκτὰς δ' ὑποθυμίδας
Περὶ στήθεσι λωτίνας ἔθεντο.

Et similiter Glyconeus proodi loco conjungitur cum versu ejusdem fere numeri, sed longiore in Fr. XVII. et XVIII. ut est in illo:

Ἀρθεὶς δηὖτ' ἀπὸ Λευκάδος
Πέτρης ἐς πολιὸν κῦμα κολυμβῶ μεθύων ἔρωτι.

Et dimeter choriambicus catalectus praemissus est enneasyllabo Sapphico Fr. XXXII:

Ἱπποθόρον δὲ Μυσοὶ
Εὗρεῖν μῖξιν ὄνων πρὸς ἵππους.

Epodis usus est Anacreon aliquoties Archilochi more, ut Fr. LXXXVII:

Κνίζη τις ἤδη καὶ πέπειρα γίνομαι
Σὴν διὰ μαργοσύνην.

et in Fr. LXXXVIII:

Κοὐ μοκλὸν ἐν θύρῃσι διξῇσιν βαλὼν
Ἥσυχος καθεύδει.

Omnem autem orationem ita stropharum formis vincit atque includit, ut numero absoluto etiam sententia ipsa terminetur, si a paucis quibusdam locis discesseris, ut a Fr. XIX. v. 5:

Πρὶν μὲν ἔχων βερβέριον, καλύμματ' ἐσφηκωμένα,
Καὶ ξυλίνους ἀστραγάλους ἐν ὠσί, καὶ ψιλὸν περὶ
*Πλευρῇσι * * * βοός,*
Νεόλυτον εἴλυμα κακῆς ἀσπίδος.

et quae sequuntur.

Jam vero Anacreontem eos modos carminibus adaptavisse, qui propter insignem dulcedinem atque lenitatem et aures voluptate replerent, et animos delinirent, non obscure significat Aristophanes in Thesmophoriazusis v. 161:

Σκέψαι δ' ὅτι
Ἴβυκος ἐκεῖνος κἀνακρέων ὁ Τήιος
Κἀλκαῖος, οἵπερ ἁρμονίαν ἐχύμισαν,
Ἐμιτροφόρουν τε καὶ διεκλῶντ' Ἰωνικῶς.

Κλύω δὲ Λυδὰς Βακτρίας τε παρθένους
Ποταμῷ παροίκους Ἅλυϊ, Τμωλίαν θεὸν
Δαφνόσκιον κατ᾽ ἄλσος Ἄρτεμιν σέβειν·
Ψαλμοῖς τριγώνων πηκτίδων ἀντιζύγοις
Ὁλκοῖς κρεκούσας μάγαδιν, ἔνθα Περσικῷ
Νόμῳ ξενωθεὶς αὐλὸς ὁμονοεῖ χοροῖς.

Conferas etiam ea, quae dicentur ad Fr. V. Jam vero Lydos magadidi et pectidi modos domesticos, non peregrinos aut aliunde ascitos admovisse consentaneum est: et quoniam illae acutum et canorum sonum reddebant, Lydia harmonia sola iis conveniebat. Id quod vel Telestes confirmat apud Athenaeum L. XIV. p. 625. E: *Τὴν δὲ Φρυγιστὶ καὶ τὴν Λυδιστὶ παρὰ τῶν βαρβάρων οὔσας γνωσθῆναι τοῖς Ἕλλησιν ἀπὸ τῶν σὺν Πέλοπι κατελθόντων εἰς τὴν Πελοπόννησον Φρυγῶν καὶ Λυδῶν· Λυδοὶ μὲν γὰρ αὐτῷ συνηκολούθησαν διὰ τὸ τὴν Σίπυλον εἶναι τῆς Λυδίας. Φρύγες δὲ οὐχ ὅτι ὁμοτέρμονες τοῖς Λυδοῖς εἰσιν, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ αὐτῶν ἦρχεν ὁ Τάνταλος. Ἴδοις δ᾽ ἂν καὶ τῆς Πελοποννήσου πανταχοῦ, μάλιστα δὲ ἐν Λακεδαίμονι χώματα μεγάλα, ἃ καλοῦσιν τάφους τῶν μετὰ Πέλοπος Φρυγῶν. Μαθεῖν οὖν τὰς ἁρμονίας ταύτας τοὺς Ἕλληνας παρὰ τούτων· διὸ καὶ Τελέστης ὁ Σελινούντιος ἔφη·*

Πρῶτοι παρὰ κρατῆρας Ἑλλάνων ἐν αὐλοῖς
Συνοπαδοὶ Πέλοπος ματρὸς ὀρείας
Φρύγιον ἄεισαν νόμον.
Τοὶ δ᾽ ὀξυφώνοις πηκτίδων ψαλμοῖς κρέκον
Λύδιον ὕμνον.

Anacreon autem cum in his carminibus dicat se pectide et magadide canere, non obscure significat Lydia se melodia usum esse: nec video, quae alia aptior his numeris potuerit adhiberi.

Neque negaverim maximam partem reliquorum carminum, quae numero choriambico sunt composita, ad eundem modum conformatam esse.

Phrygia vero harmonia, ut conjicio, Anacreon usus est in carminibus ionicis: haec enim, quoniam concitatior est flebilisque, bacchici quid atque fanatici spirat; et propterea accomodatissima est huic numero, qui et ipse est volubilis, atque ob id aptissimus ad animos furore quodam instigandos. Phrygibus autem numerum ionicum usitatissimum fuisse vel galliiambi illi documento sunt. Et scite Telestes, ubi de Phrygio modo loquitur, ejus vim ac naturam iis expressit numeris, qui illi proprii fuerunt:

Συνοπαδοὶ Πέλοπος ματρὸς ὀρείας
Φρύγιον ἄεισαν νόμον.

Anacreontis autem carmina illa ionicis numeris formata atque inclusa indoli Phrygiae harmoniae praeclare conveniunt: in his enim poeta Veneris vi victus et Bacchi impetu elatus, lusibus amatoriis et compotationibus indulget, in his furore quodam abreptus modo tanta hilaritate diffusus est, tanta laetitia exultat, ut nihil supra esse possit, modo abjectus, moerens, miserans, eo desperationis adductus est, ut sola mors ei votum sit.

Carmina vero Trochaica, utrum ad Doricam an ad Phrygiam harmoniam fuerint conformata, dubitari possit. Sed carmen LXXIX. nisi prorsus fallor, Phrygiam habet harmoniam; numeri enim propter constantem trochaeorum integrorum usum minus sunt graves et magis concitati atque volubiles, quam severitati Doricae harmoniae convenit. Hoc autem molliores atque humiliores numeri sunt, quoniam eam aequabilitatem incisionis in hoc carmine observat poeta, ut singuli versus in duo paria membra divisa sint: quod ad comicam levitatem quam proxime accedit, abhorret a gravi Dorii modi lege. Sed Phrygia melodia num fuerit etiam in eo carmine, e quo petitum est

Fr. LXXX, dubitari poterit: hic enim versus non est dissectus in aequales articulos:

Κλῦθί μευ γέροντος εὐέθειρε χρυσόπεπλε κούρα.

pariterque ambigo de sequente fragmento LXXXI: hic enim trochaeis spondei immixti sunt:

Εὖτε σοὶ λευκαὶ μελαίναις ἀναμεμίξονται τρίχες.

Phrygibus autem numerum trochaicum usitatissimum fuisse, jam ex eo apparet, quod ionicorum impetum trochaeis temperare solebant. Id confirmat Plutarchus quoque in Amatorio c. 15: *Ταυτὶ δὲ τὰ βακχικὰ καὶ κορυβαντικὰ σκιρτήματα, τὸν ῥυθμὸν μεταβάλλοντες ἐκ τροχαίου καὶ τὸ μέλος ἐκ Φρυγίου πραΰνουσι καὶ καταπαύουσι.* Idem significat Jon tragicus apud Athenaeum L. IV. p. 185. A: *Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ Φοίνικι ὁ αὐτὸς Ἴων φησίν· „Ἔκτυπον ἄγων βαρὺν αὐλὸν τρέχοντι ῥυθμῷ." οὕτω λέγων τῷ Φρυγίῳ· βαρὺς γὰρ οὗτος.* *Τρέχοντα* enim *ῥυθμὸν* appellat trochaicum numerum, quia volubilis atque velox est. Pulchre igitur Telestes eo loco, quem supra indicavi, indolem Phrygii modi depinxit:

Συνοπαδοὶ Πέλοπος ματρὸς ὀρείας
Φρύγιον ἄεισαν νόμον.

nam et ionico et trochaico numero adaptari solebat. Sed Anacreontis Fr. LXXXII:

Ἐν μελαμφύλλῳ δάφνᾳ χλωρᾷ τ᾽ ἐλαίᾳ ταντalίζει.

plane diversi modi esse facile quilibet intelliget: nam et volubilitas atque concitatus impetus trochaeorum procero spondeorum incessu retardatus, et cum versus non in duo aequalia membra divisus sit, levitas illa imminuta est; denique verborum formae non sunt laeves atque suaves, quales delicatae linguae Jonum conveniunt, sed asperiores atque vastiores, quas Dorienses amabant. Hoc igitur carmen quin ad Doricam harmoniam conformatum fuerit, non dubito.

Doricam denique Harmoniam mihi videor deprehendisse in iis carminibus, quae dactylici sunt numeri: ut est in Fr. LVI:

Ἀδυμελὲς χαρίεσσα χελιδοῖ.

Ea enim his numeris inest gravitas, ea severitas, ut nisi ad hanc melodiam non potuerint componi. Atque etiam carmina logaoedica, etsi hic numerus eo, quod trochaeis terminatur, aliquantum emollitur et de statario remittit, eidem modo Dorico alligata fuisse videntur: ut Fr. LXXIV:

Ὀρσόλοπος μὲν Ἄρης φιλέει μεναιχμάν.

Atque videmus Anacreontem in his versibus etiam verborum formas Doricas, sed cum temperamento, admiscuisse Jonicis. Huc accedit, quod argumentum et sententiae horum carminum, quantum quidem ex reliquiis exiguis colligere possumus, non fuerunt leves et voluptaríae, sed severiores et grandiores.

Anacreontem autem cum Teo, urbe Joniae oriundus sit, consentaneum est ea dialecto usum esse, quae popularium ore terebatur: atque Suidas in v. *Ἀνακρέων* id confirmat: *Ἔγραψεν ἐλεγεῖα καὶ ἰάμβους Ἰάδι πάντα διαλέκτῳ*: et quae Suidam, ut solet, sequitur Eudocia in Villoisoni Anecd. T. I. p. 60. Ei autem materiae, quam poeta tractavit, non fuit quaequam Graecae linguae dialectus accomodatior, quam Jonica, quae quam maxime laevis et expolita est, quidquid asperius sonat, fugiens. Jones autem ut origine multum inter se differebant, ut alii aliis in locis habitabant, et ob haec ipsa diversi ingenio erant, ita non omnes eodem genere linguae usi sunt. Et Herodotus quidem L. I. c. 142. quatuor Jonicae dialecti species recenset: *Γλῶσσαν δὲ οὐ τὴν αὐτὴν οὗτοι νενομίκασι, ἀλλὰ τρόπους τέσσερας παραγωγέων· Μίλητος μὲν αὐτῶν πρώτη κέεται πρὸς μεσαμβρίην· μετὰ δὲ Μυοῦς τε καὶ Πριήνη· αὗται*

μὲν ἐν τῇ Καρίῃ κατοίκηνται, κατὰ ταὐτὰ διαλεγόμεναι σφι. αἵδε δὲ ἐν τῇ Λυδίῃ· Ἔφεσος, Κολοφών, Λέβεδος, Τέως, Κλαζομεναί, Φώκαια· αὗται δὲ αἱ πόλιες τῇσι πρότερον λεχθείσῃσι ὁμολογέουσι κατὰ γλῶσσαν οὐδέν, σφίσι δὲ ὁμοφωνέουσι. ἔτι δὲ τρεῖς ὑπόλοιποι Ἰάδες πόλιες, τῶν αἱ δύο μὲν νήσους οἰκέαται Σάμον τε καὶ Χίον, ἡ δὲ μία ἐν τῇ ἠπείρῳ ἵδρυται, Ἐρυθραί· Χῖοι μέν νυν καὶ Ἐρυθραῖοι κατὰ ταὐτὸ διαλέγονται, Σάμιοι δὲ ἐπ' ἑωυτῶν μοῦνοι· οὗτοι χαρακτῆρες γλώσσης τέσσερες γίνονται. Anacreontem autem existimo eo potissimum genere usum esse, quod Teiis popularibus suis proprium fuit. Quamquam autem quae harum varietatum natura atque indoles fuerit, parum nobis cognitum est, non tamen puto me a vero prorsus aberrare, si illud genus, quo utebantur eae urbes, quae in Lydia conditae erant, prae ceteris lene atque expolitum fuisse existimem. Sed aliquid ad poetae dialectum conformandam contulisse videtur etiam Samus, ubi diu commoratus est et plurima carmina composuit: quae opinio confirmatur quodammodo iis, quae leguntur in Etymol. M. 259. 28: *Δεύνυσος· ὁ Διόνυσος. Ἀνακρέων· Πολλὰ δ' ἐρίβρομον Δεύνυσον· τοῦ ῑ τραπέντος εἰς ε̄ γίγνεται Δεόνυσος· οὕτω γὰρ Σάμιοι προφέρουσι καὶ συναιρέσει Δεύνυσος, ὡς Θεόδοτος Θεύδοτος.* Et eandem formam restitui Anacreonti Fr. II. v. 10:

Τὸν ἐμὸν δ' ἔρωτ',
Ὦ Δεύνυσε, δέχεσθαι.

Samiorum autem dialectus asperior et incultior fuisse videtur.

Jam vero etiam ipsae carminum reliquiae satis superque docent Anacreontem iis verbis et verborum formis usum esse, quae Jonibus propriae erant. Ita Fr. VII. v. 1. *μεὶς* dicit pro *μήν*; Fr. IV. v. 2. *δίζημαι*; Fr. XXIV. *ἤγανον* pro *τήγανον* vel *τάγηνον*; ita

epicorum more Fr. I. v. 8. πολιήτης dicit, cui suppar est, quod legitur in Fr. LI. v. 1: μυθιήτης; Fr. XLIV. ἀστραγάλαι legitur, quod Jonicum esse grammatici perhibent, supra tamen Fr. XIX. v. 4. ἀστραγάλους genere masculino dicit; Fr. VII. v. 3. ἰδὲ usu epicorum adhibet, si recte emendavi. Et sic aliae quaedam formae leguntur in his reliquiis, quae non tam uni alicui dialecto propriae sunt, sed a poetis maxime usurpantur, quia vel a numeri lege requiruntur vel a quotidiano sermone recedunt, et ob id ipsum splendorem quendam orationi conciliant; ut quod restitui Fr. LXX. αἰητός; et Fr. IX. v. 2. κόϊλος, si vere conjeci: et Fr. XV. v. 3. ποικιλοσάμβαλος a Seidlero restitutum. Jonibus usitatissimum est quod Fr. XXXIX. v. 1. restitui ἐπεί τε. Quidquid autem asperum et duriusculum est vitat, ut solent Jones: dicit igitur μοκλὸν pro μοχλὸν Fr. LXXXVIII. v. 1. et ἐπίστιος pro ἐφέστιος Fr. XC. v. 4: nec dissimile est ἱρωστί, (spiritum enim lenem Hesychii quamvis corrupta lectio commendat,) Fr. CXVIII; sed Fr. LII. v. 2. ἱερὸν vel potius ἱρόν. Non tamen dixit κιθών, sed ut vulgo χιτὼν Fr. LVIII: et δέχεσθαι in Fr. II. v. 11. non δέκεσθαι. Pro ὅπως legitur Fr. LXII. v. 2. ὅκως, et similiter Fr. XXX. κῶ a me restitutum est, et Fr. I. v. 4. κού, nisi falsus sum conjectura: sed in Fr. LXXXVI. ποτὲ legitur, si tamen ille versus Anacreontis est. Pro εἰς Anacreon semper ἐς dixisse videtur, ut est in Fr. XVII. v. 2. Fr. XVIII. v. 2. Fr. XXXI. et ἐσκαθορᾶν quod e conjectura rescripsi, Fr. I. v. 6. Pro ἔνεγκον legitur ἔνεικον Fr. LXI. v. 3. Μοῦνος dicit pro μόνος Fr. LXXXV. v. 2. Pro ᾱ ponit η̄ cum alias more Jonum (ut Fr. XCIII. v. 1: λίην. Fr. XLI. v. 1: κάρη) tum in Fr. XXV. ubi καλλιλαμπέτη dicit pro καλλιλαμπέτα, numero illam formam requirente.

Dativus pluralis terminatur in $\overline{\eta\varsigma}$, ut est Fr. I. 5. δίνῃς, et Fr. XLIX. v. 2. ὕλῃς, si recte illos versus constitui: at vero Fr. XXII. v. 1: κούφαις legitur, Fr. LXXX: μελαίναις, et Fr. LXIV. v. 2: μίτραις, si hoc carmen Anacreontis est. Sed πλευρῇσι legitur in Fr. XIX. v. 5. et θύρῃσι δεξῇσιν in Fr. LXXXVIII. v. 1. Semel genitivum in $\overline{o\iota o}$ terminatum reperies Fr. XCI. v. 2. Ἐξύνηκεν dixit pro συνῆκεν Fr. CXVI: cui non dissimile est quod restitui Fr. LXXVIII. v. 3: μεμεθείκασι: conferas etiam Fr. CV. ubi ῥεραπισμένος legitur. Μεῦ pro μοῦ dictum est Fr. LXXX: τοὶ pro σοὶ legitur Fr. LXXIX. v. 3. sed σοὶ, ut conjicio, Fr. LXXXI. Ἡμὶν pro ἡμῖν restitutum est in Fr. LXI. v. 2. Fr. LXII. v. 1. et Fr. LXXVII: conferas Apollonium de pronomine p. 353. A: Ἡμῖν Ἴωνες, ἢ καὶ Ἀττικοί· τὸ ἐγκλινόμενον παρ' Ἴωσι συστέλλει τὸ $\bar{\iota}$· σημειῶδες καθὸ αἱ ἐγκλινόμεναι τὸν αὐτὸν χρόνον φυλάττουσι ταῖς ὀρθοτονουμέναις. — Pro ᾧ in Fr. LXXXIV. revocavi τῷ: in eodem versu κεῖνος legitur; sed θέλει recte Porsonus mutavit in ἐθέλει Fr. XXII. v. 2.

Veteres autem Jones cum diaeresin vocalium valde admavissent, recentiores quoque illi hunc morem ita servaverunt, ut in scribendo quidem vocales dividerent, sed in pronuntiando ita quasi conglutinarent, ut coaluisse viderentur. Quare qui haec Aristophanis verba in Pace v. 45. tentaverunt:

> Κᾆτ' αὐτῷ γ' ἀνὴρ
> Ἰωνικός τίς φησι παρακαθήμενος·
> Δοκέω μὲν ἐς Κλέωνα τοῦτ' αἰνίσσεται,
> Ὡς κεῖνος ἀναιδέως τὴν σπατίλην ἐσθίει.

parum considerate indolem sermonis Jonici corruperunt. Atque Anacreon quoque, ut consentaneum est, popularium suorum morem secutus est: vocalem quidem

ῳ cum sequente ita fere conjungit, ut prorsus obscuretur atque oblitteretur. Ita in Fr. LXXIV. coalescunt ῳ et ει φιλέει; similiterque in Fr. LXIX. v. 1. φιλέω; in Fr. XIX. v. 12. φορέων et ibidem v. 13. φορέει a Dindorfio restitutum; in Fr. LXXVIII. v. 1: μισέω; Fr. XIX. v. 7. ὁμιλέων; Fr. III. v. 3: διοσκέω, nisi forte secus statui de illo versu; Fr. LXXIX. v. 2: δονέεις. His similia sunt, quae leguntur Fr. IX. v. 1: πέποσι; Fr. II. v. 4: ἐπιστρέφεαι; Fr. LXXIX. v. 5: βόσκεαι; eodemque referendum est ἐγχέας in Fr. LXII. v. 3. Item in substantivis atque adjectivis vocalem illam ε ita obscurare solet, vix ut exaudiatur, ut est in Fr. XLI. v. 5. Ἀΐδεω; Fr. IX. v. 3. στήθεα; Fr. VIII. v. 2: ἔπεα. et in Fr. XIX. v. 12: σατινέων; Fr. II. v. 2: Νυμφέων. Fr. LXIX. v. 3: Μουσέων. Fr. II. v. 5. ἀγαθέων, pariterque in Fr. XIX. v. 12: χρύσεα. Fr. XXXIX. v. 2: μαλιηδέας; Fr. XLIX. v. 1: νεοθηλέα; item in Fr. XXX. ἀργυρέη; Fr. XLI. v. 5. ἀργυρέης; Fr. II. v. 3: πορφυρέη; Fr. XV. v. 1: πορφυρέη; Fr. XLI. v. 2: γηρέιλσοι: item in Fr. XXXVIII. v. 2: ἐμμελέως, quod Bekkerus jure revocavit; et in Fr. CXXXII. nomen proprium Κλέεος: sed haec quidem conjectura incertissima est. Eodem modo in Fr. XIX. v. 6. πόλεων ita pronuntiandum esse videtur, ut trisyllabum sit. Nonnunquam tamen vocales in unum contractas esse videmus, ut est in Fr. XXXVIII. v. 3: διωκεῖν, ubi exspectareres διωκέειν.

Contractione prorsus ita utitur, ut Jonico sermoni proprium fuit. Vocales εο coalescunt sic, ut diphthongus ευ fiat: sic qui Κλεόβουλος vocabatur, eum poeta appellat Κλεύβουλον, ut est in Fr. II. v. 9. et Fr. III. Simili modo Bacchum vocat Δεύνυσον Fr. II. v. 11. et Fr. XIV; at Διόνυσος legitur in Fr. XIII. Fr. LIII. v. 2. et Fr. LIV. Sic ἀνθεμεῦντας dicit in

Fr. LXI. v. 2. et in Fr. XCI. v. 1. *Καριευργέος*, ita enim corrigendum est, et *χαριτεῦν* pro *χαριτόεν* Fr. XLIII. si recte emendavi illum versum: similiter *φορεῦμαι* legitur in Fr. XXXVI. At in Fr. VII. v. 4 *παταγοῦσι* legitur, non *παταγεῦσι*. Vocales $\overline{οη}$ more Jonum contractae sunt in $\bar{ω}$, ut est in Fr. X. *νευμένος* et Fr. LIX. *ἐπίβωτον*. Pro *νεάνιδι* dicit poeta *νῆνι* in Fr. XV. v. 3: verissima est enim haec Seidleri conjectura. Pro *ἱερὸν* dicit *ἱρόν*, si recte sanavi verba corruptissima, in Fr. LI. v. 2. sicut in Fr. CXVIII. *ἱρωστί*. *Ὀρτὴν* pro *ἑορτὴν* dicit Fr. LIII. v. 2, quod jure Hermannus restituit. *Θρηκίη* in Fr. LXXIX. v. 1. et *Θρηκίην* in Fr. XLVII. revocavi pro vulgata scriptura *Θρηικίη* et *Θρηικίην*; sed *Θρηικίης* recte dictum est in versu elegiaco Fr. LXXI, quod ibi metrum requirebat. Diphthongos more Jonum dirimit in quibusdam vocibus, ut *πάϊς* legitur Fr. XIX. v. 13. et *παῖδι* in Fr. XVI. v. 3. et in Fr. VII. v. 1. *Ποσιδηιών*. In Fr. IX. v. 2. recte me emendavisse existimo *κοιλώτερα*, quae verbi forma, etsi a Grammaticis fere tribui solet Aeolensibus, nequaquam ab indole sermonis Jonici abhorret.

Crasis usus rarus fuisse videtur, ut solet apud Jones: sic in Fr. II. v. 1: *ὦναξ* legitur et in Fr. XCIII. v. 1: *Ὠρανvέ*, si recte illum locum emendavi; sic *κοὐ* et *κοὐκ* legitur in Fr. LXXXVIII. v. 1. et LXXXIX. v. 1. et 2; sic *τὠκινάκῃ* et, ut videtur, *τἠστραπῇ* dicit Anacreon Fr. CXXV; sic saepius in his reliquiis a me restitutum est *δηὖτε*, contractum illud quidem ex *δὴ* et *αὖτε*, ut est in Fr. XV. v. 1. Fr. XVII. v. 1. Fr. XLV. v. 1. Fr. LX. Fr. LXII. v. 6. et v. 7. Fr. LXVII. Fr. LXXXIX. v. 1. Fr. XCI. v. 2: in quibus locis olim corrupte *δεῦτε*, *δῆτε* vel *δαῦτε* legebatur; et haec quidem crasis Anacreonti

communis fuit cum Doriensibus et Aeoliensibus poetis lyricis. In Fr. XLI. v. 6. synecphonesis potius, quam crasis locum habere videtur: μὴ ἀναβῆναι; eademque admittenda esse videtur in Fr. XVI. v. 3:

Κωμάζων παιδὶ ἁβρῇ.

quamquam non negaverim etiam ι dativi ab Anacreonte elidi potuisse, ut factum est non semel in carminibus Homericis. Memorabilis est versus in Fr. XXI. ubi id genus elisionis ab Anacreonte adhibitum est, quod a sermone antiquiorum poetarum segregatum videtur, sed ab Atticis magnopere frequentatum est: ibi enim legitur:

Ἐκ ποταμοῦ 'πανέρχομαι πάντα φέρουσα λαμπρά.

Hiatum, quoniam nihil tulit, quod hiulcum erat aut asperius sonabat, raro et non nisi in longa vocali, quae corripienda est, admisisse videtur: ut est in versu elegiaco Fr. LXIX. v. 1:

Οὐ φιλέω, ὃς κρητῆρι παρὰ πλέῳ οἰνοποτάζων.

et in versu logaoedico Fr. LXXII:

Βούλεται ἀπειροπὸς γὰρ ἡμὶν εἶναι.

Diphthongos sequente littera vocali corripit in media voce, ut est Fr. I. v. 4:

Ἤ κου νῦν ἐπὶ Ληθαίου.

et Fr. LXVIII:

Οὐδέ τί τοι πρὸς θυμόν· ὅμως γέ μεν ὡς ἀδοιάστως.

et Fr. LIX:

Καί μ' ἐπίβωτον κατὰ γείτονας ποιήσεις.

Fortasse etiam in Fr. VIII. v. 1. scribendum est:

Ἐγὼ δ' οὔτ' ἂν Ἀμαλθείης.

Brevem syllabam ante mutam cum liquida aliquoties corripit, ut est in Fr. LXXXII:

Ἐν μελαμφύλλῳ δάφνῃ χλωρῇ τ' ἐλαίῃ τανταλίζει.

Fr. I.

Γουνοῦμαί σ', ἐλαφηβόλε,
Ξανθὴ παῖ Διός, ἀγρίων
Δέσποιν' Ἄρτεμι θηρῶν·
Ἥ κου νῦν ἐπὶ Ληθαίου
Δίνης εἶ, θεοκαρδίων
Ἀνδρῶν ἐςκαθόρα πόλιν
Χαίρουσ'· οὐ γὰρ ἀνημέρους
Ποιμαίνεις πολιήτας.

Hoc carmen legitur apud Scholiastam Hephaestionis p. 125, omisso poetae nomine; sed Anacreontis esse dicit Hephaestion, qui eo loco, quem modo commemoravi, partem carminis servavit: *Κοινὸν δέ ἐστι κατὰ σχέσιν τὸ δύο συστήμασιν ὑποπεπτωκός, καθάπερ τὸ πρῶτον Ἀνακρέοντος ᾆσμα,*

Γουνοῦμαί σ', Ἐλαφηβόλε,
Ξανθὴ παῖ Διός, ἀγρίων
Δέσποιν' Ἄρτεμι θηρῶν

***καὶ τὰ ἑξῆς. Κατὰ μὲν γὰρ τὴν νῦν ἔκδοσιν ὀκτάκωλός ἐστιν ἡ στροφή, καὶ τὸ ᾆσμά ἐστι μονοστροφικόν. Δύναται δὲ καὶ ἑτέρως διαιρεῖσθαι, εἴς τε τριάδα καὶ πεντάδα ἡ στροφή· ὥστε Φερεκράτειον εἶναι τὸ τελευταῖον τοῦ συστήματος, τοῦ ἐκ τῶν τριῶν κώλων ἢ τῶν πέντε.* Unde etiam id cognoscimus, primum hoc fuisse carmen in**

antiquis editionibus Anacreontis. Tertium et octavum versum Scholiasta Hephaestionis rursus proponit: *Τὸ τελευταῖον τοῦ συστήματος*] *Ὅ ἐστιν ἀναπαιστικὸν ἐφθημιμερές* (scribendum est: *ἀντισπαστικὸν ἐφθ.*), *οἷον τὸ τρίτον· Λέσποιν' Ἄρτεμι θηρῶν, τὸ τελευταῖον· Ποιμαίνεις πολιήτας, ὅπερ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἐστὶν ὄγδοον.* Magnopere autem ii a vero aberrant, qui integrum esse carmen opinantur: partem enim esse carminis et Hephaestion non obscure significat, et ipsa sententia, quae imperfecta est, satis superque arguit.

Versus tertius legitur etiam apud Eustathium ad Hom. Iliad. *Φ.* v. 470 p. 1247. 9. ed. Roman: *Ἀνακρέων οὖν φησι μεταλαβών· Λέσποινα Ἄρτεμι θηρῶν.* et apud Scholiastam ad eundem versum: *Πότνια ἡ δεσπότις· μεταβαλὼν δὲ Ἀνακρέων φησιν· Λέσποιν' Ἄρτεμι θηρῶν.*

Versus quartus apud Scholiastam Hephaestionis eo loco, quem dixi, sic scribitur: *Ἴκου νῦν ἐπὶ Ληθαίου;* supra Hephaestion utitur eodem versu p. 8: *Ἐν δὲ ἀντισπαστικῷ Ἀνακρέοντος·*

Ἴκου νῦν ἐπὶ Ληθαίου.

docet enim illo loco diphthongos $\overline{οι}$ et $\overline{αι}$ a poetis aliquoties corripi: ibi autem plures codices (B. H. N. apud Gaisfordium) et edit. Florentina *οἴκου* pro *ἴκου* scriptum habent, alius codex (C.) *ἥκου*. Vitiata autem esse haec verba facile quilibet animadverterit, qui accuratius cognoverit Anacreontis orationem: is enim verba ita collocare, orationem ita formare atque fingere solet, ut nihil sit hiulcum, nihil asperum, nihil denique inconditum, sed omnia coagmentata, laevia, composita; hic vero membra sunt abrupta et rudia: dixisset enim poeta:

Ἱκοῦ νυν ἐπὶ Ληθαίου
Δίνῃσι, θρεοκαρδίων δ'
Ἀνδρῶν ἐγκαθόρα πόλιν.

Atque ne hoc quidem satis apte dictum esse, ἥκου ἐπὶ Ληθαίου δίνῃσι, ubi potius requirebatur: ἵκευ ἐπὶ Ληθαίου δίνας. Scripsi vix littera mutata:

Ἤ κου νῦν ἐπὶ Ληθαίου
Δίνῃς εἶ.

Sic enim Graeci solent in Deorum numine invocando loqui, ut Hipponax apud Aristoph. Ran. v. 659. et Scholiastam ad illum versum:

Ἄπολλον, ὅς που Δῆλον ἢ Πυθῶν' ἔχεις
Ἢ Νάξον, ἢ Μίλητον, ἢ θείαν Κλάρον
Ἵκου καθ' ἱέρ', ἢ Σκύθας ἀφίξεαι.

Dianam autem apud Lethaeum flumen commorari poeta dicit, quia Magnesiae, quam urbem ille amnis praeterfluebat, sanctissime colebatur. Illam urbem non procul a Lethaeo sitam esse docet Strabo L. XIV. c. 1. p. 643. A. ed. Casaub. Πρώτη δ' ἐστὶν ἐξ Ἐφέσου Μαγνησία, πόλις Αἰολίς, λεγομένη δὲ ἐπὶ Μαιάνδρῳ· (supra p. 636. C. dixerat: Ὑπέρκειται δὲ Μαγνησία ἡ πρὸς Μαιάνδρῳ, Μαγνήτων ἀποικία τῶν ἐν Θετταλίᾳ καὶ Κρητῶν, περὶ ἧς αὐτίκα ἐροῦμεν. Stephanus Byzantinus: Μαγνησία· πόλις παρὰ τῷ Μαιάνδρῳ· Livius L. XXXVII. 45: „Sub idem fere tempus et ab Trallibus, et a Magnesia, quae super Maeandrum est, et ab Epheso legati ad dedendas urbes venerunt.") πλησίον γὰρ αὐτοῖ ἵδρυται· πολὺ δὲ πλησιαίτερον ὁ Ληθαῖος ἐμβάλλων εἰς τὸν Μαίανδρον, τὴν δ' ἀρχὴν ἔχων ἀπὸ Πακτύου τοῦ τῶν Ἐφεσίων ὄρους. Et Lethaeum Nicander apud Athenaeum L. XV. p. 683. C. appellat Magnetem:

Ληθαίου Μάγνητος ἐφ' ὕδασιν εὐθαλέουσα.

Huc adde Pausaniam L. X. c. 32. 4: Ἔστι δὲ καὶ τοῖς ἐπὶ ποταμῷ Ληθαίῳ Μάγνησιν Ὕλαι καλούμενον χωρίον· ἐνταῦθα Ἀπόλλωνι ἀνεῖται σπήλαιον, μεγέθους μὲν εἵνεκα οὐ πολλοῦ θαύματος. Quamquam eo tempore, quo vixit Anacreon, utrum Lethaeo an Maeandro propior

fuerit Magnesia, ignoramus. Postea enim urbis sedem in alium locum translatam esse auctor est Strabo L. XIV. p. 643: Ἐνταῦθα δ' ἦν καὶ τὸ τῆς Δινδυμήνης ἱερὸν μητρὸς θεῶν· ἱερᾶσθαι δ' αὐτὸ τὴν Θεμιστοκλέους γυναῖκα, οἱ δὲ θυγατέρα παραδιδόασι· νῦν δ' οὐκ ἔστι τὸ ἱερὸν, διὰ τὸ τὴν πόλιν εἰς ἄλλον μετῳκίσθαι τόπον. Veri tamen similius esse puto antiquitus Magnesiam propiorem fuisse Lethaeo quam Maeandro. Dianae autem fanum in illa recentiore urbe fuit artificiosissime aedificatum. Strabo eo loco, quem modo nominavi, sic pergit: Ἐν δὲ τῇ νῦν πόλει τὸ τῆς Λευκοφρυήνης ἱερόν ἐστιν Ἀρτέμιδος, ὃ τῷ μὲν μεγέθει τοῦ ναοῦ καὶ τῷ πλήθει τῶν ἀναθημάτων λείπεται τοῦ ἐν Ἐφέσῳ· τῇ δ' εὐρυθμίᾳ καὶ τῇ τέχνῃ τῇ περὶ τὴν κατασκευὴν τοῦ σηκοῦ πολὺ διαφέρει. καὶ τῷ μεγέθει ὑπεραίρει πάντας τοὺς ἐν Ἀσίᾳ πλὴν δυοῖν, τοῦ ἐν Ἐφέσῳ καὶ τοῦ ἐν Διδύμοις.

Versu quinto apud Scholiastam Hephaestionis legitur θ[illegible]καρδίων, quod vix idonea ratione explicari potest; apud Turnebum θρασυκαρδίων scribitur, quod ex emendatione profectum esse veri simillimum est: non dubito quin poeta scripserit θεοκαρδίων, quomodo apud Ursinum quoque hunc versum scriptum esse, postea comperi. Θεοκάρδιος autem verbum recte est factum a poeta atque novatum, sicut θεόμητις et similia: et quodammodo potest componi cum adjectivo πετροκάρδιος, quo usus est Nicetas Eugenianus L. II. v. 253:

Ἀφ' οὗ γὰρ εἶδον ἐξετοξεύθην τάλας·
Ἀεὶ δέ μοι σὺ πετροκάρδιος μένεις.

Θεοκάρδιος autem idem fere significat quod θεόφρων: quo verbo usus est auctor cyclicae Thebaidis apud Athenaeum L. XI. p. 465:

Αὐτὰρ ὁ διογενὴς ἥρως ξανθὸς Πολυνείκης
Πρῶτα μὲν Οἰδίποδι καλὴν παρέθηκε τράπεζαν
Ἀργυρέην Κάδμοιο θεόφρονος.

Quem versum respicit Hesychius: *Θεόφρονος· θεῖον.* Eo autem nomine poeta ipsos Magnesiae incolas, quoniam summa sanctitate Dianam colebant, appellare videtur: quamquam utrum haec de Magnetibus an de aliis quibusdam dicantur, non satis certo dijudicari potest.

Versu sexto quod vulgo scribebatur *ἐγκαθόρα*, mutavi in *ἐςκαθόρα*: *ἐγκαθορᾶν* enim ut aptum sit huic loco, mullo pacto efficies: *ἐςκαθορᾶν* autem etsi nusquam me legere memini, firmatur verbis simili ratione factis, ut *εἰςκαταβαίνειν*, *εἰςκαταδύνειν*, aliis.

Fr. II.

Ὦναξ, ᾧ δαμάλης Ἔρως,
Καὶ Νύμφαι κυανώπιδες
Πορφυρέη τ' Ἀφροδίτη
Συμπαίζουσιν· ἐπιστρέφεαι δ'
Ὑψηλῶν κορυφὰς ὀρέων·
Γουνοῦμαί σε· σὺ δ' εὐμενὴς
Ἔλθ' ἡμῖν, κεχαρισμένης δ'
Εὐχωλῆς ἐπακούειν·
Κλευβούλῳ δ' ἀγαθὸς γενοῦ
Σύμβουλος· τὸν ἐμὸν δ' ἔρωτ',
Ὦ Δεύνυσε, δέχεσθαι.

Hoc carmen legitur apud Dionem Chrysostomum Orat. II. p. 31: *Μηδὲ οὖν τοὺς θεοὺς καλεῖν οὕτως εὐχόμενον, ὥςπερ ὁ Ἰώνων ποιητὴς Ἀνακρέων· Ὦναξ —*

Versu primo in editione Veneta *ὦ δαμάλης Ἔρως* scribitur, quod homines doctos in errorem induxit, ut crederent carmen venustissimum in Amorem scriptum esse. Solus Emperius perspexit, poetam invocare Bacchi opem, ut propitius Cleobuli amorem sibi conciliet: Baccho autem optime conveniunt ea, quae hoc carmine primo leguntur:

Ὦναξ, ᾧ δαμάλης Ἔρως
Καὶ Νύμφαι κυανώπιδες
Πορφυρέη τ' Ἀφροδίτη
Συμπαίζουσιν.

quibuscum componas Sophoclis versus in Oedipo rege 1098:

Εἴθ' ὁ Βακχεῖος θεὸς ναίων ἐπ' ἄκρων ὀρέων εὕρημα δέξατ' ἔκ του
Νυμφᾶν Ἑλικωνίδων, αἷς πλεῖστα συμπαίζει.

Et jure Anacreon Bacchum implorat, deum si quem alium aptum ad amicitiae vinculum contrahendum, ut dicit Athenaeno L. V. p. 185. B: *Δοκεῖ γὰρ ἔχειν πρὸς φιλίαν τι ὁ οἶνος ἑλκυστικὸν παραθερμαίνων τὴν ψυχὴν καὶ διαχέων.* Vocem *δαμάλης* solus Hesychius servavit: *Δαμᾶλ· τὸ Ἔρωτα ἤτοι δαμάζοντα ἢ ἀγέρωχον·* quae sic emendanda esse videntur: *Δαμάλης· τὸν Ἔρωτα ἤτοι δαμ. ἢ ἀγ.*: neque enim dubito, quin is ipsum hunc Anacreontis versum respexerit: cognatum autem verbum est *δαμαλίζω*, quo Pindarus Pyth. V. v. 112:

Μὴ φθινοπωρὶς ἀνέμων
Χειμερία καταπνοὰ δαμαλίζοι χρόνον.

et Euripides in Hippolyto v. 230. usi sunt:

Δέσποιν' ἁλίας Ἄρτεμι λίμνης,
Καὶ γυμνασίων τῶν ἱπποκρότων,
Εἴθε γενοίμαν ἐν τοῖς δαπέδοις
Πώλους Ἐνέτας δαμαλιζομένα.

Versum tertium Aelianus Histor. Animal. L. IV. c. 2. intellexisse videtur, cum dicit: *Ὡςπεροῦν τὴν*

αὐξηθὲν γίνεται Κλεόβουλος ὁ ὡραιότατος, καὶ ἀντὶ μικρᾶς ἀρᾶς ἔδωκεν ὁ Ἀνακρέων Κλεοβούλῳ δίκην δι' ἐπαίνων πολλῶν. Τί κωλύει καὶ ἡμᾶς τήμερον κατὰ τὸν Ἀνακρέοντα ἐκεῖνον δοῦναι δίκην τῷ ἔρωτι αὐτοὺς ἑκόντας γλώττης ἀδίκου;

Versus undecimus vulgo apud Dionem sic scribitur: ὧδ' οὐ νῦν σε δέχεσθαι: codex regius: ὧδ' εὖ νῦν σε δέχεσθαι. Praeclare vidit Emperius in hoc tam depravato versu ipsius Bacchi nomen latere, sed non assecutus est eam nominis formam, qua Anacreontem usum esse et metri ratio et illius codicis scriptura arguit: scripsisse enim poetam censeo:

Ὦ Δεύνυσε, δέχεσθαι.

Hanc autem formam etiam alibi ipsum Anacreontem usurpavisse cognoscimus ex Etymolog. M. p. 259. 28: Δεύνυσος· ὁ Διόνυσος. Ἀνακρέων· Πολλὰ δ' ἐρίβρομον Δεύνυσον, τοῦ ι τραπέντος εἰς ε γίνεται Δεόνυσος· οὕτω γὰρ Σάμιοι προφέρουσιν, καὶ συναιρέσει Δεύνυσος, ὡς Θεόδοτος, Θεύδοτος. ἔνιοι δὲ αὐτὸν Δεύνυσον ὀνομάζεσθαί φασιν, ἐπειδὴ ἐβασίλευσε Νύσης· κατὰ γὰρ τὴν τῶν Ἰνδῶν φωνὴν δεῦνος ὁ βασιλεύς. His similia leguntur in Etymologo Gudiano p. 139. sed omissis Anacreontis verbis. Conferas etiam Zonaram: Δεύνυσος· ὁ Διόνυσος.

Carmen hoc Sami ab Anacreonte compositum esse, cum ex eo apparet, quod Cleobuli mentio fit, quem apud Polycratem vixisse supra vidimus, tum confirmatur eo, quod Bacchum appellavit Δεύνυσον, quae nominis forma Samiis propria fuit. Ceterum integrum esse carmen credo, quamvis non inepte aliquis conjiciat, sequens fragmentum, cum tanta sit argumenti similitudo, partem hujus carminis esse.

Fr. III.

Κλευβούλου μὲν ἔγωγ᾽ ἐρῶ,
Κλευβούλῳ δ' ἐπιμαίνομαι,
Κλεύβουλον δὲ διοςκέω.

Hi versus leguntur apud Herodianum περὶ σχημάτων in Villoisoni Anecdot. T. II. p. 93: Περὶ πολυπτώτου — ἔστι δὲ τὸ τοιοῦτον σχῆμα καὶ παρά τισι τῶν ποιητῶν, ὡς παρ᾽ Ἀρχιλόχῳ καὶ Ἀνακρέοντι· καὶ παρὰ μὲν οὖν Ἀρχιλόχῳ — παρὰ δὲ Ἀνακρέοντι· Κλευβούλου μὲν ἔγωγ᾽ ἐρῶ, Κλευβούλῳ δ᾽ ἐπιμαίνομαι, Κλεύβουλον δὲ διϊδεῖν ἐπιποθῶ. Haec sic leguntur in Dindorfii editione p. 57: Παρὰ δὲ Ἀνακρέοντι ἐπὶ τριῶν·

Κλευβούλου μὲν ἔγωγ᾽ ἐρῶ,
Κλευβούλῳ δ᾽ ἐπιμαίνομαι,
Κλεύβουλον δ᾽ ἰδέειν ποθέω.

Versu primo in codice A. scribitur ἐγὼ γερῶ.

Versu secundo possit aliquis conjicere legendum esse:

Κλευβούλῳ δ᾽ ἐπιμαίομαι.

quod verbum cum dativo copulatum est in Orphei Argonauticis v. 935:

Φρουραῖς τ᾽ ἀκμήτοις ἐπιμαίεται ἄμμορος ὕπνου.

Sed nihil mutandum est: compares quod infra legitur Fr. LXXXIX:

Ἐρῶ τε δηὖτε κοὐκ ἐρῶ,
Καὶ μαίνομαι κοὐ μαίνομαι.

Versu tertio legitur in Cod. B: δὲ διϊδεῖν ἐπιποθῶ. Corruptissime in codice A: διὸς κνέων et in Codd. C. D: δὲ διοςκνέω. Ex his verae lectionis corruptelis recte mihi videor correxisse Anacreontis versum:

Κλεύβουλον δὲ διοςκέω.

Hujus verbi vestigium in solo Hesychio reperimus,

apud quem haec leguntur: *Διόσκειν* (verius videtur esse *διοσκεῖν*:) *διαβλέπειν συνεχῶς τὴν ὅρασιν μεταβάλλοντα· τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ διαφορεῖσθαι τῷ σώματι καὶ τῇ ψυχῇ· καὶ τὸ διαπολέσαι καὶ τὸ διαφθεῖραι.* Est igitur *διοσκεῖν* oculis huc illuc spectare, oculis intentis aliquid investigare. Quod in Villoisoni codice legitur: *διιδεῖν ἐπιποθῶ* interpretatio est hujus ipsius verbi *διοσκέω*. Quos eodem loco Archilochi versus adscripsit Herodianus, ii fortasse sic sunt corrigendi:

Νῦν δὲ Λεώφιλος μὲν ἄρχει, Λεώφιλος δ' ἐπικρατεῖ,
Λεωφίλῳ δὲ πάντ' ἀνεῖται, Λεωφίλου δ' ἀκούεται.

Fr. IV.

Ὦ παῖ παρθένιον βλέπων,
Δίζημαί σε, σὺ δ' οὐ κλύεις,
Οὐκ εἰδώς, ὅτι τῆς ἐμῆς
Ψυχῆς ἡνιοχεύεις.

Hos versus servavit Athenaeus L. XIII. p. 564 D: *Ὁ δ' Ἀνακρέων τί φησιν; Ὦ παῖ, παρθένιον β.* Fortasse hoc quoque carmine Cleobuli venustas celebratur: praecipuis enim laudibus ejus oculos Anacreon decoraverat, ut cognoscimus ex Maximo Tyrio VII p. 96. ed. min. Dav. (XXIV. p. 297. ed. maj.) *Μεστὰ δὲ αὐτοῦ τὰ ᾄσματα τῆς Σμέρδιος κόμης καὶ τῶν Κλεοβούλου ὀφθαλμῶν.*

Versu primo in codice C. pro *βλέπων* male scribitur *βλέπουσα*.

Versus secundus in libris sic legitur:

Δίζημαί σε, σὺ δ' οὐκ ἀΐεις

quod Erfurdtius, Buttmannus et Boekhius de metris Pindari p. 228. correxerunt ita, ut *οὐ κλύεις* scriberent.

ıd nescio an aliud quid poeta scripserit, quamquam ıale id fuerit, frustra investigavi.

Fr. V.

Ψάλλω δ' εἴκοσι Λυδίην
Χορδαῖσιν μαγάδην ἔχων,
Ὦ Λεύκασπι, σὺ δ' ἡβᾷς.

Hi versus leguntur apud Athenaeum L. XIV. 634. C: *Εἰπόντος δ' ἐπὶ τούτοις Αἰμιλιανοῦ, Ἀλλὰ ν, ὦ ἑταῖρε Μασούριε, πολλάκις καὶ αὐτὸς ἐν ἐννοίᾳ ·ομαι, μουσικῆς ὢν ἐραστής, περὶ τῆς μαγάδιδος καλου- νης, πότερον αὐλῶν εἶδος ἢ κιθάρας ἐστίν· ὁ μὲν γὰρ ιστος Ἀνακρέων λέγει που·*

Ψάλλω δ' εἴκοσι
Χορδαῖσιν μάγαδιν ἔχων,
Ὦ Λεύκασπι· σὺ δ' ἡβᾷς.

ν δ' ὁ Χῖος ἐν Ὀμφάλῃ ὡς περὶ αὐλῶν λέγει διὰ τούτων·

Λυδός τε μάγαδις αὐλὸς ἡγείσθω βοῆς.

: iidem repetuntur p. 635. C: *Διαποροῦσι δὲ ἔνιοι ως τῆς μαγάδιδος οὐκ οὔσης κατὰ Ἀνακρέοντα, ὀψὲ ρ ποτε τὰ πολύχορδα ὀφθῆναι, μνημονεύων αὐτῆς ὁ ·ακρέων λέγει·*

Ψάλλω δ' εἴκοσι
Χορδαῖσιν μάγαδιν ἔχων
Ὦ Λεύκασπι.

κὶ ὁ μὲν Ποσειδώνιός φησι τριῶν μελῳδιῶν αὐτὸν μνη- νεύειν, Φρυγίου τε καὶ Δωρίου καὶ Λυδίου· ταύταις ρ μόναις τὸν Ἀνακρέοντα κεχρῆσθαι· ὧν ἑπτὰ χορδαῖς ίστης περαινομένης εἰκότως φάναι ψάλλειν αὐτὸν εἴκοσι ρδαῖς, τῷ ἀρτίῳ χρησάμενον ἀριθμῷ τὴν μίαν ἀφελόντα· νοεῖ δὲ ὁ Ποσειδώνιος ὅτι ἀρχαῖόν ἐστιν ὄργανον ἡ μάγα- ;, σαφῶς Πινδάρου λέγοντος τὸν Τέρπανδρον ἀντίφθογγον

εὑρεῖν τῇ παρὰ Λυδοῖς πηκτίδι τὸν βάρβιτον. Ineptam Posidonii explicationem jure redarguit Boeckhius de metris Pindari L. III. c. 11. docens qua ratione Anacreon magadin viginti chordas habere dixerit; disserit autem cum alia, tum haec p. 263: „Atque hinc jam colligitur, qualis fuerit Anacreontis magadis chordarum viginti. Quum enim ex integris duabus diapason nunquam existere viginti chordae possint, neque ex tribus sive octachordis sive heptachordis, nihil jam reliquum est, nisi hoc. Finge tibi instrumentum factum ex binis heptachordis tono interposito disjunctis, utroque composito ex binis tetrachordis conjunctis, divisis per terna genera, diatonum, chroma, harmoniam, sed omissis exharmoniis chordis iis, quae non sunt in diatono: quemadmodum factum esse antiquis temporibus, supra demonstratum est: praeterea vero, quod assumptus inter bina heptachorda tonus est, natum inde tetrachordum disjunctum rursus per ea, quae dixi genera, divide: unde ortae novae chordae sua rursus in altero heptachordo designetur chorda diapason consonans. Ita haec fere fuerit magadis Anacreontica, exempli causa in Dorio:" et quae sequntur. Sed in eo non videtur Boeckhio assentiendum esse, quod tibiam, quae magadis appellata fuit, simul acutum et gravem sonum edidisse censuit: quamquam eadem fuit sententia Tryphonis apud Athenaeum L. XIV. p. 634. E: Τρύφων δ' ἐν δευτέρῳ περὶ ὀνομασιῶν λέγει οὕτως· „Ὁ δὲ μάγαδις καλούμενος αὐλὸς" καὶ πάλιν „Μάγαδις ἐν ταὐτῷ ὀξὺν καὶ βαρὺν φθόγγον ἐπιδείκνυται, ὡς Ἀναξανδρίδης ἐν Ὁπλομάχῳ φησί·

Μάγαδιν λαλήσω μικρὸν ἅμα σοὶ καὶ μέγαν."

His similia leguntur supra in Athenaeo L. IV. p. 182. D. Sed ille qui loquitur apud Anaxandridem nihil aliud dicit, quam se una et acutam et gravem tibiam inflare:

bicines enim duabus tibiis uti solebant, quibus so-
orum vicissitudo exprimeretur.

Versum primum, qui in utroque Athenaei loco sic
riptus legitur, ψάλλω δ' εἴκοσι, supplevi hoc modo:

Ψάλλω δ' εἴκοσι Λυδίην

agadin autem Lydiam ab Anacreonte esse ap-
ellatam confirmatur quodammodo Athenaei verbis,
iae leguntur L. XIV. p. 634. F: Ἡ γὰρ μάγαδις
γανόν ἐστι ψαλτικόν, ὡς Ἀνακρέων φησί, Λυδῶν τε
ρημα. A Lydis enim magadis potissimum usurpa-
itur: hinc Jon dixit in Omphale apud Athenaeum
XIV. p. 634. C. et F:

Ἀλλ' εἶα, Λυδαὶ ψαλτρίαι παλαιθετῶν
Ὕμνων ἀοιδοὶ τὸν ξένον κοσμήσατε,
Λυδός τε μάγαδις αὐλὸς ἡγείσθω βοῆς.

rumque enim fragmentum conjungendum esse censeo.
mphale autem Herculem hospitaliter excipiens con-
ntum et citharae et tibiae (utraque enim communi
omine magadis appellabatur) requirit. Conferas etiam
iogenis tragici versus apud Athenaeum L. XIV.
636. A:

Κλύω δὲ Λυδὰς Βακτρίας τε παρθένους
Ποταμῷ παροίκους Ἅλυϊ, Τμωλίαν θεὸν
Δαφνόσκιον κατ' ἄλσος Ἄρτεμιν σέβειν
Ψαλμοῖς κρεκούσας μάγαδιν.

cut etiam pectis, quae non diversa a magadide
isse videtur, appellata est Lydia, ut a Sophocle in
ysis apud Athenaeum L. XIV. p. 635. C:

Πολὺς δὲ Φρὺξ τρίγωνος, ἀντίσπαστά τε
Λυδῆς ἐφύμνει πηκτίδος συγχορδία.

mpares Pindari quoque versus apud Athenaeum
dem loco, quem dixi: Σαφῶς Πινδάρου λέγοντος τὸν
ρπανδρον ἀντίφθογγον εὑρεῖν τῇ παρὰ Λυδοῖς πηκτίδι
βάρβιτον·

Τόν ῥα Τέρπανδρός ποτ' ὁ Λέσβιος εὗρε
Πρῶτος ἐν δείπνοισι Λυδῶν
Ψαλμὸν ἀντίφθογγον ὑψηλᾶς ἀκούων πηκτίδος.

Hinc Sopater dixit in Mystis apud Athenaeum L. IV. p. 183. B:

Πηκτὶς δὲ Μούσῃ γαυριῶσα βαρβάρῳ
Δίχορδος εἰς τὴν χεῖρά πως κατεστάθη.

Quamquam magadis etiam Lesbi in usu fuit, ut cognoscimus ex Euphorionis verbis, quae leguntur apud Athenaeum L. XIV. p. 635. A: *Εὐφορίων δ' ἐν τῷ περὶ Ἰσθμίων παλαιὸν μέν φησι τὸ ὄργανον εἶναι τὴν μάγαδιν, μετασκευασθῆναι δ' ὀψέ ποτε καὶ σαμβύκην μετονομασθῆναι. πλεῖστον δ' εἶναι τοῦτο τὸ ὄργανον ἐν Μιτυλήνῃ, ὡς καὶ μίαν τῶν Μουσῶν ἔχουσαν αὐτὸ ὑπὸ Λεσβοθέμιδος ποιηθῆναι ἀρχαίου ἀγαλματοποιοῦ.* Hinc repetendum videtur, quod quidam Sappho pectidem invenisse dixerunt, ut Menaechmus eodem Athenaei loco: *Μέναιχμος δ' ἐν τοῖς περὶ τεχνιτῶν τὴν πηκτίδα, ἣν τὴν αὐτὴν εἶναι τῇ μαγάδι* (scripserat aut *μαγάδιδι* aut *μαγάδῃ*), *Σαπφώ φησιν εὑρεῖν.* Sed falso. Alii magadin a Thrace quodam nomen traxisse ferebant, ut Duris refert apud Athenaeum L. XIV. p. 636. F: *Δοῦρις δ' ἐν τῷ περὶ τραγῳδίας ὠνομάσθαι φησὶ τὴν μάγαδιν ἀπὸ Μάγδιος Θρᾳκὸς γένος.*

Versu secundo recte Dindorfius *χορδαῖσιν* pro *χορδαῖσι* restituit: utroque autem Athenaei loco *μάγαδιν* legitur: at vero Anacreon scripserat *μαγάδην.* Et hanc scripturam confirmat Pollux, qui L. IV. 61. haec dicit: *Μαγάδην δ' ὀνομάζει μὲν Ἀνακρέων:* sic enim recte in codicibus scribitur. Xenophon quidem in Anabasi L. VII. 7: *Μετὰ δὲ ταῦτα εἰσῆλθον κέρασί τε οἵοις σημαίνουσιν αὐλοῦντες καὶ σάλπιγξιν ὠμοβοΐνοις ῥυθμούς τε καὶ οἱονεὶ μαγάδι σαλπίζοντες:* nescio an *μαγάδῃ* scripserit: apud Athenaeum, qui L. IV. p. 151. E

Xenophontis loco utitur, in edit. V. scribitur *μαγάδην*. Valde enim suspectus est mihi dativus *μαγάδι*, qui legitur apud Athenaeum L. XIV. p. 634. F. p. 635. B. p. 636. E. nominativus enim *μαγὰς* non alibi reperitur, quam in Epitome Athenaei L. XIV. p. 634. F. et in Cyrilli lexico apud Schowium Hesych. p. 514: *Μαγάς· σανὶς τετράγωνος, ὑπόκουφος, δεχομένη ἐφ᾽ ἑαυτῆς τὰς νευρὰς καὶ ἀποτελοῦσα τὸν φθόγγον.* Formam *μαγάδη* confirmat quodammodo Hesychii glossa: *Μαγάδεις· αὐλοὶ κιθαριστήριοι ἢ ὄργανον ψαλτικόν· ὅθεν καὶ τὸ ψάλλειν μαγάζειν (μαγαδίζειν) λέγουσιν. Ἴων Ὀμφάλῃ· Μαγάδης αὐλὸς ἡγείσθω βοῆς· ἀντὶ τοῦ συνᾴδων τῇ μαγάδῃ.* Ita Codex Venetus scribit: vulgo *μαγάδι* legebatur.

Versu tertio in Athenaei loco priore in Cod. B. *συδηβαῖς* legitur, in P. *σὺ δ᾽ ἥβαῖς*. Leucaspis autem ille puer pulcher fuit, ut opinor, quem Anacreon amavisse videtur.

Fr. VI.

Ἀλλ᾽ ὦ τρὶς κεκορημένε
Σμερδίη.

Eustathius ad Odyss. L. V. p. 1542. 47. hos versiculos servavit: *Καὶ ἐν τῷ· Ἀλλ᾽ ὦ τριςκεκορημένε Σμερδίη, παρὰ Ἀνακρέοντι, ἤγουν πολλάκις ἐκσεσαρωμένε.* Eosdem respicit, cum ad Iliad. L. VIII. p. 725. 35. sic scribit: *Ἀνακρέων δὲ τριςκεκορημένον τὸν πολλάκις ἐκσεσαρωμένον.* Scripsi autem divisim *τρὶς κεκορημένε*. Smerdies pulcherrimus fuit puer, cujus amore et Polycrates et Anacreon flagrabant. Illi autem puero poeta probro vertit, quod Polycrates ejus juventutis flore abusus fuerit; hoc enim carmen videtur post illud tempus scriptum esse, quo Polycrates Smerdiae comam detonderi jusserat. Sed de Smerdie plura

dicentur infra ad Fr. XLVI. Similiter autem Sappho Fr. XCI. ed. Neue exagitavit adversariam Gorgo:

Μάλα δὴ κεκορημένας
Γόργως.

Sic enim legendum est: nam neque in Anacreontis, neque in Sapphus versu *κεκορημένος* participium est verbi *κορέννυμι*, ut volunt, sed derivandum a verbo *κορέω*; quod verbum quid in his locis significet, docet Hesychius: *Κορέων· κορέσκων, ἐξυβρίζων.* Aptissimum autem fuit verbum *κορεῖν*, satis ambigue id significans, quod verbo proprio declarari vix potuit. Non dissimili ratione *ἐκκορεῖν* dictum est in illa cantiuncula, quae in nuptiis post hymenaeum canebatur:

Ἐκκόρει κόρην, κορώνη.

de qua dixit Hermannus in dissert. de Aeschyli Danaidibus in Opusc. T. II. p. 327. seq. Sappho autem cum Gorgo graves inimicitias exercuit, ut docet Maximus Tyrius XXIV. *Ὅ τι γὰρ ἐκείνῳ Ἀλκιβιάδης καὶ Χαρμίδης καὶ Φαῖδρος, τοῦτο τῇ Λεσβίᾳ Γύριννα καὶ Ἀτθὶς καὶ Ἀνακτορία· καὶ ὅ τιπερ Σωκράτει οἱ ἀντίτεχνοι Πρόδικος καὶ Γοργίας καὶ Θρασύμαχος καὶ Πρωταγόρας, τοῦτο τῇ Σαπφοῖ Γοργὼ καὶ Ἀνδρομέδα· νῦν μὲν ἐπιτιμᾷ ταύταις, νῦν δὲ ἐλέγχει καὶ εἰρωνεύεται αὐτὰ ἐκεῖνα τὰ Σωκράτους.*

Fr. VII.

Μεὶς μὲν δὴ Ποσιδηιὼν
Ἕστηκεν, νεφέλαι δ' ὕδατι
Βαρύνονται, ἴδ' ἄγριοι
Χειμῶνες παταγοῦσιν.

Hi versus leguntur apud Eustathium ad Iliad. L. XV. p. 1011. 63. ed. Rom. *Ποσειδῶν δὲ τὸ συνέχον*

αἴτιον τὴν θάλασσαν, ἐπεὶ πάθους αἴτιος διὰ τοὺς ποταμοὺς καὶ τὰ λοιπὰ ὕδατα, ἃ ἐκ θαλάσσης διηθούμενα ἐκρέουσιν, ἀφ' ἧς καὶ οἱ ὑετοὶ πότιμοι καὶ αὐτοὶ ὄντες ἄναμμα ἔχουσι· διὸ καὶ οἱ Ἀττικοὶ τὸν περὶ χειμερίους τροπὰς μῆνα Ποσειδεῶνα καλοῦσιν, ὡς Ἀνακρέων· Μεὶς μὲν δὴ Ποσειδηΐων ἕστηκε, νεφέλαι δ' ὕδατι βαρύνονται, ἄγριοι δὲ χειμῶνες παταγοῦσι.

Versu primo recte viri docti pro *Ποσειδηΐων* scripserunt *Ποσιδηιών*: correpta enim secunda syllaba ita dictum est, ut apud Homerum in Iliad. L. II. v. 505:

> Οἵ θ' Ὑποθήβας εἶχον, ἐϋκτίμενον πτολίεθρον,
> Ὄγχηστόν θ' ἱερόν, Ποσιδήιον ἀγλαὸν ἄλσος.

Item Sophocles dixit in Pastoribus apud Herodianum *περὶ μονήρ. λέξ.* p. 11:

> Τειχῶν καὶ δὴ τοὺς Ποσιδείους
> Θρίγκους * * ἀποσεισαμένη.

Accentus autem in ultima syllaba collocandus est, ut docet Herodianus eo, quem dixi loco: *Ποσειδέων δὲ παροξυτόνως παρ' Ἴωσιν λέγεται ὁ θεός, ὀξυτονηθὲν τὸ ὄνομα μῆνα δηλοῖ.*

Versu secundo quod legitur *μεὶς ἕστηκεν* comparari potest cum Homerico in Iliad. L. XIX. v. 117:

> Ἡ δ' ἐκύει φίλον υἱόν, ὁ δ' ἕβδομος ἑστήκει μείς.

et in Odyss. IV. v. 262:

> Τοῦ μὲν φθίνοντος μηνός, τοῦ δ' ἱσταμένοιο
> Οἴκαδε νοστήσει.

nec dissimile est, quod in Odyss. L. XIX. v. 518. legitur:

> Ὡς δ' ὅτε Πανδαρέου κούρη, χλωρηὶς ἀηδὼν
> Καλὸν ἀείδησιν, ἔαρος νέον ἱσταμένοιο.

Pro *ὕδατι* autem homines docti correxerunt *ὕδει*, sed mihi nihil mutandum esse videtur, etsi non habeo in promptu aliud exemplum solutae ultimae syllabae versus Glyconei apud lyricum poetam.

Versu tertio apud Eustathium scribitur: *ἄγριοι δὲ*, quod numerum pervertit: scripsi igitur: *ἰδ' ἄγριοι.* Et *ἰδὲ* quidem a poeta, qui saepius epicorum poetarum sermonem secutus est, non alienum esse videtur. Sed fortasse totum hoc carmen aliter constituendum est: nam Scholiasta ad Homeri Iliad. L. XV. v. 192 sic scriptum servavit: *Ἀμέλει καὶ πύλας οὐρανοῦ τὰ νέφη ὀνομάζει Ἀνακρέων· Μεὶς μὲν δὴ Ποσειδηιὼν ἕστηκεν, νεφέλη δ' ὕδωρ βαρὺ δ' ἄγριοι χειμῶνες κατάγουσιν.* Scripserat igitur poeta, ut conjicio, sic:

Μεὶς μὲν δὴ Ποσιδηιὼν
Ἕστηκεν, νεφέλη δ' ὕδωρ
Καταῤῥεῖ, βαρὺ δ' ἄγριοι
Χειμῶνες παταγοῦσιν.

Ceterum existimo hoc initium carminis fuisse, quo poeta sodales ad vinum large bibendum adhortatur. Compares Horatianum carmen in Epodis XIII:

Horrida tempestas coelum contraxit et imbres
    Nivesque deducunt Jovem: nunc mare nunc silvae
Threicio Aquilone sonant: rapiamus amici
    Occasionem de die.

et quae ibi subsequuntur.

Fr. VIII.

Ἐγὼ δ' οὔτ' ἂν Ἀμαλθίης
Βουλοίμην κέρας, οὔτ' ἔτεα
Πεντήκοντά τε καὶ ἑκατὸν
Ταρτησσοῦ βασιλεῦσαι.

Leguntur hi versus apud Strabonem L. III. p. 151. A. ed. Casaub. *Ὑπολαμβάνοι δ' ἄν τις τῆς πολλῆς εὐδαιμονίας καὶ μακραίωνας ὀνομασθῆναι τοὺς ἐνθάδε ἀνθρώπους καὶ μάλιστα τοὺς ἡγεμόνας. καὶ διὰ τοῦτο Ἀνακρέοντα*

μὲν οὕτως εἰπεῖν· Ἐγώ τ' ἂν οὔτ' Ἀμαλθίης βουλοίμην κέρας οὔτε τὰ πεντήκοντά τε καὶ ἑκατὸν Ταρτησσοῦ βασιλεῦσαι· Ἡρόδοτον δὲ καὶ τὸ ὄνομα τοῦ βασιλέως καταγράψαι, καλέσαντα Ἀργανθώνιον, ἢ γὰρ οὕτω δέξαιτ' ἄν τις ἢ ἴσον τούτῳ τοῦ Ἀνακρέοντος ἢ κοινότερον, οὔτε Ταρτησσοῦ πολὺν χρόνον βασιλεῦσαι. Anacreontis carmen respexit Plinius H. N. L. VII. c. 49: „Anacreon poeta Arganthonio Tartessiorum regi CL tribuit annos, Cinyrae Cypriorum X. annis amplius, Aegimio CC.“ Eosdem Anacreontis versus intelligit Lucianus Macrob. c. 10: Ἀργανθώνιος μὲν οὖν Ταρτησσίων βασιλεὺς, πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ἔτη βιῶναι λέγεται, ὡς Ἡρόδοτος ὁ λογοποιὸς καὶ ὁ μελοποιὸς Ἀνακρέων· ἀλλὰ τοῦτο μὲν μῦθός τισι δοκεῖ. Sed non est verum, quod Lucianus dicit, Anacreontem cum Herodoto consentire: Herodotus enim Arganthonium vixisse annos centum viginti, octoginta autem regnavisse refert; dicit enim L. I. c. 163: Ἀπικόμενοι δὲ ἐς τὸν Ταρτησσὸν προςφιλέες ἐγένοντο τῷ βασιλεῖ τῶν Ταρτησσίων, τῷ οὔνομα μὲν ἦν Ἀργανθώνιος, ἐτυράννευσε δὲ Ταρτησσοῦ ὀγδώκοντα ἔτεα, ἐβίωσε δὲ πάντα εἴκοσι καὶ ἑκατόν. Quamquam in eodem errore, in quo Lucianus, etiam Phlegon Trallianus versatur, qui de Macrob. c. 4. dicit: Ἀργανθώνιος ὁ τῶν Ταρτησσίων βασιλεὺς, ὡς ἱστορεῖ Ἡρόδοτος καὶ Ἀνακρέων ὁ ποιητής, ἔτη ρν. Conferas etiam Censorinum de die natali c. 17. Arganthonii autem aetas incidit in id fere tempus, quod Anacreontis aetatem proxime praecessit.

Versu primo viri docti pro ἐγώ τ' ἂν οὔτ' recte scripserunt: Ἐγὼ δ' οὔτ' ἄν.

Versu secundo pro vulgata lectione οὔτε τὰ Casaubonus correxit οὔτ' ἔτη, alii accuratius οὔτ' ἔτεα.

Versu tertio servavi Strabonis scripturam: πεντήκοντά τε καὶ ἑκατόν, ita quidem ut καὶ et ἑκατὸν in pro-

nuntiando coalescant: nolui enim crasin χῆκατόν, quod visum est hominibus doctis, raram illam et inusitatam poetis ionicis inferre.

Fr. IX.

Τί μὴ πέτεαι
Συρίγγων κοϊλώτερα
Στήθεα χρισάμενος μύρῳ;

Athenaeus Lib. XV. p. 687. E. servavit hos versus: *Καὶ ὁ σοφὸς δ' Ἀνακρέων λέγει που „Τί μὴν πέτεαι συρίγγων κοιλότερα στήθεα χρισάμενος μύρῳ;" τὰ στήθη παρακελευόμενος μυροῦν, ἐν οἷς ἐστιν ἡ καρδία ὡς καὶ ταύτης δηλονότι παρηγορουμένης τοῖς εὐώδεσι.*

Versu primo cum vulgo τὶ μὴν legeretur (Codex B: τιμὴν) recte Casaubonus scripsit τί μή, ipsa sententia flagitante, quae qualis fuerit, Athenaeus docet eo ipso loco. Divisi autem haec verba ita, ut Glyconei restituerentur, et scripsi κοϊλώτερα pro vulgata librorum lectione: κοιλότερα. *Κόϊλος* pro κοῖλος Aeolensibus proprium esse, grammatici perhibent. Apollonius de pronomine p. 371. B: *Ἀλλ' ἴσως ἐν τῇ κατὰ διάστασιν διαιρέσει ἐστίν, ὡς κόϊλον, πάϊς.* Idem de Syntaxi L. I. c. 2. p. 7: *Καὶ συλλαβὴ εἰς δύο μερίζεται, λέγω τὴν κυρίως συλλαβήν, κοῖλον κόϊλον.* Choeroboscus in Theodosium apud Bekkerum ad hunc ipsum Apollonii locum p. 350: *Φαίνεται ὁ Ἡρωδιανὸς λέγων ἐν τοῖς ἐπιμερισμοῖς, ὅτι τὸ σύνοιδα οὐκ ἔστιν Αἰολικόν, ἀλλὰ ψευδαιολικόν. αἱ γὰρ δίφθογγοι Αἰολικαὶ οὐδέποτε τοῖς Αἰολεῦσι διαλύονται· οἷον τὸ τάλας καὶ μέλας καὶ ὄνειρος οἱ Αἰολεῖς τάλαις καὶ μέλαις καὶ ὄνοιρος λέγουσι καὶ οὐ διαλύουσι τὸν δίφθογγον ἐπὶ τούτων, ἐπεὶ Αἰολικαί εἰσιν αἱ δίφθογγοι· κατὰ γὰρ τὴν τῶν Αἰολέων διάλεκτον γεγόνασι. τὸ δὲ*

προίτου καὶ κοίλου διαλύουσι καὶ λέγουσι τρόϊλου καὶ κόϊλου, ἐπειδὴ αἱ δίφθογγοι αὗται οὐκ εἰσὶν Αἰολικαί, ἀλλὰ κοιναί· εἰ οὖν τὸ σύνοιδα διαλύουσιν, συνόϊδα λέγοντες, δῆλον ὅτι οὐκ ἔστιν ἡ οι δίφθογγος Αἰολική. Arcadius de accentibus p. 55. 22: Τὸ δὲ κόϊλος ἀπὸ τοῦ κοῖλος κατὰ πάθος. Tryphon in Museo Critico T. I. I. p. 35: Διαίρεσις — τὸ δὲ πάθος ἐστὶ παρά τε Ἴωσι καὶ Θετταλοῖς· οἷον κοῖλον κόϊλον. Priscianus L. I. p. 563: „In hoc quoque Aeoles sequimur: sic n. illi dividentes diphthongum κόϊλον pro κοῖλον dicunt.“ Idem Partit. vers. XII. Aen. princip. p. 1226: „Hanc tamen consuetudinem habuerunt Aeoles imitantes, qui κόϊλον per divisionem dicunt pro κοῖλον et multa similiter dividunt.“ Et restitui κόϊλος pro κοῖλος in Alcaei versibus apud Athenaeum L. XIV. p. 627. B:

Θώρακές τε νέω λίνω κόϊλαι τε κατ᾽ ἀσπίδες βεβλημέναι.

quod etiam Seidlerus conjecit. Anacreontem autem hic κοϊλώτερα dixisse non est mirum, cum talis diaeresis non solum Aeolensibus, sed etiam Jonibus fuerit usitata.

Fr. X.

Ὁ δ᾽ ὑψηλὰ νενωμένος.

Hic versus legitur in Etymologo M. p. 601. 20: Νένωται· ἢ κατὰ συγκοπὴν τοῦ η ἀπὸ τοῦ νενόηται, ὅπερ καὶ νενοέαται Ἰωνικῶς γίγνεται· ἢ ἀπὸ τοῦ νένωται κατὰ συστολήν· ἔστι γὰρ νῶ ῥῆμα τρίτης συζυγίας, ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ οἷον Ἑλένης γάμῳ νένωται καὶ παρ᾽ Ἀνακρέοντι ἡ μετοχή· Ὁ δ᾽ ὑψηλὰ νενωμένος· καὶ ὁ Ἄθλιος (Ἀέθλιος) ἐν τοῖς Σαμίων ὅροις (ὥροις)· ἀλλὰ λέξασθαι νένωνται καὶ πάλιν ὡς χρυσόονται χρυσοῦνται, οὕτω καὶ νόονται νοῦνται· Δημόκριτος· φῆνε θεὰ νοῦνται· περὶ παθῶν.

Fuit haec contractio Jonibus usitatissima; sic Herodotus L. I. c. 86. dicit: *Καὶ τὸν Κῦρον ἀκούσαντα τῶν ἑρμηνέων τὰ εἶπε Κροῖσος, μεταγνόντα τε καὶ ἐννώσαντα* **Idem IX. c. 53 dicit:** *Ὁ δὲ Παυσανίης τε καὶ ὁ Εὐρυάναξ δεινὸν μὲν ἐποιεῦντο τὸ μὴ πείθεσθαι ἐκεῖνόν σφισι, δεινότερον δὲ ἔτι, κείνου ταῦτα νενωμένου, ἀπολιπεῖν τὸν λόχον τὸν Πιτανήτην.* **et Theocritus XXV. v. 262:**

Τὸν μὲν ἐγὼν ὀδύνῃσι παραιφρονέοντα βαρείαις
Νωσάμενος, πρίν γ' αὖθις ὑπότροπον ἀμπνυνθῆναι,
Αὐχένος ἀῤῥήκτοιο παρ' ἰνίον ἔφλασα προφθάς,
Ῥίψας τόξον ἔραζε πολύῤῥαπτόν τε φαρέτρην.

Sic enim ille locus scribendus est, vulgo pessime legitur *ἤλασα*: **in codd. est** *ἔφθασα* **et** *ἔφασα*. **Scripsi igitur** *ἔφλασα*: **nam et** *φλάω* **et** *θλάω* **dicebatur, ita supra ipse Theocritus VI. v. 147:**

Οὗτος ὁ λευκίτας ὁ κορύττιλος, εἴ τιν' ὀχευσῆς
Τᾶν αἰγῶν, φλαξῶ τυ, πρὶν ἤ γέ με καλλιερῆσαι
Ταῖς Νύμφαις τὰν ἀμνόν· ὁ δ' αὖ πάλιν, ἀλλὰ γενοίμαν,
Αἴ μή τυ φλάξαιμι, Μελάνθιος ἀντὶ Κομάτα.

Sic enim corrigendum est: perverse vulgo scribitur *φλασῶ* **et** *φλάσαιμι*. **Emendationem autem illam** *ἔφλασα* **confirmat ipse Theocritus: haec enim sequuntur v. 266:**

Ἦγχον δ' ἐγκρατέως, στιβαρὰς σὺν χεῖρας ἐρείσας
Ἐξόπιθεν, μὴ σάρκας ἀποδρύψῃ ὀνύχεσσιν.

Sed ut revertar ad illam contractionem, eadem recte a Bentleio restituta est Callimacho in hymno in Jov. v. 87. modo pro *ἠοῖ* **scribatur:**

Ἑσπέριος κεῖνός γε τελεῖ τά κεν ἠόϊ νώσῃ.

Apollonius Rhodius L. IV. v. 1409:

Νώσατο δ' Ὀρφεὺς
Θεῖα τέρα, στὰς δέ σφι παρηγορέεσκε λιτῇσιν.

Conferas etiam has Hesychii glossas: *Νωσάμενος· κατανοήσας. Νώσασθαι· αἰσθέσθαι, ἐνθυμηθῆναι, νοῆσαι. Νενώμεθα· διανενοήμεθα. Νένωται· ἐν νῷ ἔχει. Ἐνώσατο*

διενοήθη. Et Dindorfius νῶ contractum ex νόει restituere voluit Sophocli in Electra v. 882:

> Ἀλλ' οὐχ ὕβρει
> Λέγω τάδ', ἀλλ' ἐκεῖνον ὡς παρόντα νῶ.

ubi vulgo νῷν legitur: sed id dici debuit νοῖ, ut ex δηλόει fit δηλοῖ.

Similiter Iones νώσις dixerunt pro νόησις, ut est in Timonis versibus apud Diogenem Laert. IX. 23:

> Παρμενίδου τε βίην μεγαλόφρονα, τὴν πολύδοξον,
> Ὅς ῥ' ἐπὶ φαντασίας ἀπάτης ἀνενείκατο νώσεις.

itemque νῶμα pro νόημα. Hesychius Νῶμα· νόημα, ἐνθύμημα: usus est hac forma Empedocles apud Sextum Empiric. L. VIII. p. 512. ed. Fabric.:

> Πάντα γὰρ ἴσθι φρόνησιν ἔχειν καὶ νώματος αἶσαν.

eademque possit videri reddenda esse Archilocho Fr. XXXIII. ed. Liebel. hoc modo: Κἀπινώμασιν δασὺς pro vulgari lectione καὶ ἐπινοήμασιν δασύς: nam dactylum quidem, qui ferri omnino non potest, ita removeris: sed satis mire dictum est ἐπινοήμασιν δασύς, quocum Homericum illud: Λάσιον κῆρ comparari nullo pacto potest. Scripserat vero Archilochus:

> Οὐ φιλέω μέγαν στρατηγόν, οὐδὲ διαπεπλιγμένον,
> Οὐδὲ βοστρύχοισι γαῦρον, οὐδ' ὑπεξυρημένον,
> Ἀλλά μοι μικρός τις εἴη καὶ περὶ κνήμας ἰδεῖν
> Ῥοικός, ἀσφαλέως βεβηκὼς ποσσί, καρδίας πλέως,
> — — — — Κἀπὶ γναθμοῖσιν δασύς.

Vult enim poeta *ducem non esse grandi corpore, nec delicatulo incessu, nec cincinnis arte compositis, nec barba derasa, sed parvum, pedibus incurvatis firmiter tamen incedentem, animo plenum, crinibus incomtis* (hoc quidem excidit, sed tale quid requiritur, quod opponatur illis verbis: Οὐδὲ βοστρύχοισι γαῦρον) *et barba horrida*: nam ἐπὶ γναθμοῖσι δασὺς vel simile quid postulant verba, quae supra erant:

οὐδ' ὑπεξυρημένον. Γναθμὸς autem et γνάθος etiam de exteriore parte maxillae dicitur, ut est in Eubuli versibus apud Athenaeum L. XIII. p. 557. F:

Ἐκ δὲ τῶν γνάθων ἱδρὼς
Ἐπὶ τὸν τράχηλον ἄλοκα μιλτώδη ποιεῖ.

Verior tamen videtur Ludovici Dindorfii, quam modo cognovi, conjectura esse:

Κἀπὶ κνήμησιν δασύς.

Fr. XI.

Plutarchus Moral. p. 751. A: Ἀπορούμενοι δὲ πολλάκις ἀναφθέγγονταί τι λιμῶδες καὶ ὀδυρτικόν· οὕτως ἔρως ὁ γνήσιος ὁ παιδικός ἐστιν, οὐ πόθῳ στίλβων, ὡς ἔφη τὸν παρθένιον Ἀνακρέων, οὐδὲ μύρων ἀνάπλεως καὶ γεγανωμένος, ἀλλὰ λιτὸν αὐτὸν ὄψει καὶ ἄθρυπτον ἐν σχολαῖς φιλοσόφοις. Plutarchus sua verba Anacreonteis admiscuisse videtur, nam illa quidem: οὐδέ μύρων ἀναπλέως non sunt poetae, qui hoc fere modo locutus erat:

Ἔρως παρθένιος πόθῳ
Στίλβων καὶ γεγανωμένος.

Fr. XII.

Himerius Or. XIV. 4. p. 612. ed. Wernsd. Νῦν ἔδει μοι Τηΐων μελῶν· νῦν ἔδει μοι τῆς Ἀνακρέοντος λύρας, ἣν ὅταν ὑπὸ παιδικῶν ἐκεῖνος ὑπεροφθῇ ποτε, καὶ κατ' αὐτῶν Ἐρώτων οἶδεν ἐργάσασθαι· εἶπον ἂν πρὸς αὐτοὺς τὰ ἐκείνου ῥήματα·

Ὑβρισταὶ καὶ ἀτάσθαλοι,

καὶ οὐκ εἰδότες ἐφ' οὓς τὰ βέλη κυκλώσεσθε· τάχα δ' ἂν καὶ ἠπείλησα τὴν ἀπειλήν, ἣν Ἀνακρέων ἀπειλεῖ τοῖς

Ἔρωσιν· ἐκεῖνος γάρ ποτε ἐρασθεὶς ἐφήβου καλοῦ, ἐπειδήπερ ἑώρα τὸν ἔφηβον ὀλίγον αὐτοῦ φροντίζοντα, λύραν ἁρμόσας ἠπείλει τοῖς Ἔρωσιν, εἰ μὴ αὐτῷ τιτρώσκοιεν αὐτίκα τὸν ἔφηβον, μηκέτι μέλος εὔφημον εἰς αὐτοὺς ἀνακρούσασθαι. Himerius ut solet Anacreontis orationem ita immutavit, ut discernere nequeas, quae sint poetae, quae ipsius Himerii verba; retuli autem huc, quia numeri Glyconei vestigia quaedam supersunt, ut illud:

Ὑβρισταὶ καὶ ἀτάσθαλοι.

Sunt autem haec non ex uno carmine, sed ex diversis depromta. Quod apud Himerium legitur: καὶ οὐκ εἰδότες ἐφ᾽ οὓς τὰ βέλη κυκλώσεσθε: id quin corruptum sit, non dubito. Scripsisse videtur: καὶ οὐκ εἰδότες ἐφ᾽ οὓς τὰ βέλη ἀγκυλώσεσθε. Verbum ἀγκυλόω vel ἀγκυλόομαι reperitur apud Aristophanem in Avibus v. 1180:

Χωρεῖ δὲ πᾶς τις ὄνυχας ἠγκυλωμένος.

et alius nescio quis poeta dixit:

Δεινὸν κεραυνὸν χερσὶν ἠγκυλωμένος.

Fr. XIII.

Κωμάσει δ᾽,
Ὡς ἂν δεῖ, Διόνυσος.

Scholiasta ad Homeri Iliad. XIX. v. 21. (Homeri verba sunt haec:

Μῆτερ ἐμή, τὰ μὲν ὅπλα θεὸς πόρεν, οἷ᾽ ἐπιεικὲς
Ἔργ᾽ ἔμεν ἀθανάτων, μηδὲ βροτὸν ἄνδρα τελέσσαι.)

Ἐν ἑαυτῷ τὸ πρᾶγμα τὴν ὑποβολὴν ἔχον, ὑπεροχὴν οὐκ ἐπιδέχεται μείζονα· καὶ Ἀνακρέων· κωμάζει δέ, ὡς ἂν δεῖ, Διόνυσος, αὐτὸν αὐτῷ συγκρίνας. Haec ultima

verba scholistae esse, Anacreontis sententiam interpretantis, manifestum est: pro *κωμάζει* autem scripsit *κωμάσει*: quamquam haec utrum metro Glyconea scripta sint necne, non satis certo dici potest. Ὡς ἂν dictum est pro δέῃ, ut est apud Aristophanem in Ranis v. 264:

Οὐδέποτε· κεκράξομαι γὰρ
Κἄν με δεῖ, δι' ἡμέρας.

et in Pluto v. 216:

Ἐγὼ γάρ, εὖ τοῦτ' ἴσθι, κἂν δεῖ μ' ἀποθανεῖν,
Αὐτὸς διαπράξω ταῦτα.

Item Philetaerus dixit in Atalanta apud Athen. L. X p. 416. F:

Κἂν δεῖ, τροχάζω στάδια πλείω Σωτάδου.

Item Menander saepius, alii. Neque enim scribendum est in his locis δῇ, quae Dorica esset forma; quae quidem visa est esse in his verbis Sophronis apud Athen. L. VII. p. 306. D: Ἁ δὲ γαστὴρ ὑμίων ... χαρίας, ὅκα τινὸς δῆσθε. Sed corrupta sunt ista: scripserat enim Sophron: ὅκα τινὸς ἐδῆσθε, si quid comedetis. Dorienses enim ἐδοῦμαι more suo pro ἔδομαι dixerunt.

Fr. XIV.

Πολλὰ δ' ἐρίβρομον
Δεύνυσον.

Servata haec sunt in Etymol. p. 259. 28: Δεύνυσος· ὁ Διόνυσος. Ἀνακρέων· Πολλὰ δὲ ἐρίβρομον Δεύνυσον, τοῦ ι τραπέντος εἰς ε γίνεται Δεόνυσος· οὕτω γὰρ Σάμιοι προφέρουσιν καὶ συναιρέσει Δεύνυσος, ὡς Θεόδοτος Θεύδοτος. Videntur autem hae reliquiae esse versuum Glyconicorum. Carmen ipsum ex numero eorum est

puto, quae Anacreon Sami scripsit, conferas quae dicta sunt ad Fr. II. v. 11. Ceterum Bacchum a Samiis esse cultum, cognoscimus ex iis, quae infra afferam ad Fr. LIII. Ἐρίβρομος autem Bacchus saepe appellatur, ut a Panyasi apud Athen. L. II. 36. D:

Πρῶται μὲν Χάριτές τ' ἔλαχον καὶ εὔφρονες Ὧραι
Μοῖραν καὶ Διόνυσος ἐρίβρομος, οἵπερ ἔτευξαν.

Fr. XV.

Σφαίρῃ δηὖτέ με πορφυρέῃ
Βάλλων χρυσοκόμης Ἔρως
τὴν προσηγορίαν ταύτην λαβεῖν τὸν Ἀρτέμωνα διὰ τὸ τρυφερῶς βιοῦντα περιφέρεσθαι ἐπὶ κλίνης. Vereor autem ne Heraclidae Pontici locus, quo utitur Plutarchus, non diversus sit ab illo, quem ex Chamaeleontis Pontici libro de Anacreonte petiit Athenaeus. Cognoscimus enim ex Diogene Laerte Chamaeleontem Heraclidae crimini dedisse, quod mala fraude sua sibi surripuerit: dicit enim ille L. V. 92: Χαμαιλέων τε τὰ παρ' ἑαυτῷ φησὶ κλέψαντα αὐτὸν τὰ περὶ Ἡσιόδου καὶ Ὁμήρου γράψαι. Sed dubitare possis, an hoc sensu Anacreon Artemonem dixerit περιφόρητον; id enim si intellexisset, sine dubio hanc ipsam mollitiem

Artemonem ideo περιφόρητον dictum esse existimat, quod propter venustatem multorum amore expeteretur: dicit enim: Ὡσεὶ ἔλεγεν· ὁ περιφόρητος Ἀρτέμων, ἀπὸ τῆς παροιμίας, ἧς μέμνηται καὶ Ἀνακρέων ταχθείσης ἐπὶ καλοῦ καὶ ἁρπαζομένου πρὸς πάντων παιδός· παρ' ὑπόνοιαν δὲ ἔφη τὸ Ἀρτέμων· οὐ γὰρ τοῦτον, ἀλλὰ τὸν Κρατῖνον βούλεται δηλώσειν. Perverse autem ille quidem loquitur, quasi Anacreon usus esset tanquam proverbio: ὁ περιφόρητος Ἀρτέμων, quod is primus dixerat, sed deinde, ut fieri solet, tritum multorum ore est. Idem autem scholiasta deinde περιφόρητον ita explicat, ut dicat Artemonem propterea ita nuncupatum esse, quod, cum claudus fuerit, in lectulo portari solitus sit: dicit enim: Συνεχρόνισε δὲ τῷ δικαίῳ Ἀριστείδῃ οὗτος ὁ Ἀρτέμων, ὅς ἦν ἄριστος μηχανητής· διὸ δὲ τὸ χωλὸν αὐτὸν εἶναι, ὅπου ἂν κατειλήφει πόλεμος καὶ χρεία μηχανῆς ἢν ἐπὶ τὸ τεῖχος καταβληθῆναι ἢ τὸ τοιοῦτον, μετεπέμποντο αὐτὸν φερόμενον· ἀπὸ τούτου οὖν ἡ παροιμία· καὶ πάντες οἱ σοφοὶ περιφόρητοι καλοῦνται. Sed gravi errore homines diversissimos, hunc Artemonem, hominem abjectum et servilem et Artemonem artificem confundit: quos recte distinxit, ut videtur, Hesychius, qui Aristophanis versum respiciens haec scribit: Περιπόνηρος Ἀρτέμων· παρὰ τὴν παροιμίαν τὴν περιφόρητος Ἀρτέμων· εἰσὶ δὲ Ἀρτέμωνες δύο. Quamquam eodem modo quo iste Aristophanis interpres, etiam Ephorus erravit, ut docet Plutarchus in vita Periclis c. 27: Ἔφορος δὲ καὶ μηχαναῖς χρήσασθαι τὸν Περικλέα, τὴν καινότητα θαυμάσαντα, Ἀρτέμωνος τοῦ μηχανικοῦ πορίζοντος, ὃν χωλὸν ὄντα καὶ φορείῳ πρὸς τὰ κατεπείγοντα τῶν ἔργων προσκομιζόμενον, ὀνομασθῆναι περιφόρητον. Hujus Artemonis tum alii, tum Diodorus Siculus facit mentionem, qui L. XII. c. 28. de Pericle haec dicit: Κατεσκεύασε δὲ καὶ μηχανὰς πρῶτος τῶν πρὸ αὐτοῦ, τούς τε ὀνομαζομένους κριοὺς

verbis: *καλύμματ' ἐσφηκωμένα.* Etsi enim in Codd. A. et P. legitur *βερβέριον κάλυμμά τ' ἐσφηκωμένα*, mult tamen praeferenda est Casauboni lectio: *καλύμματ' ἐσφηκωμένα*: nonnunquam autem solent poetae verb numeri singularis adjungere aliud numeri pluralis, qu illud ipsum interpretentur, ut Euripides in Hippoly v. 10:

> *Ὁ γάρ με Θησέως παῖς, Ἀμαζόνος τόκος*
> *Ἱππόλυτος, ἁγνοῦ Πιτθέως παιδεύματα*
> *Μόνος πολιτῶν τῆσδε γῆς Τροιζηνίας*
> *Λέγει κακίστην δαιμόνων πεφυκέναι.*

Sophocles in Philocteta v. 35:

> *Αὐτόξυλόν γ' ἔκπωμα, φλαυρούργου τινὸς*
> *Τεχνήματ' ἀνδρός.*

Ita hic illud ipsum *βερβέριον* dicitur *καλύμματ' ἐσφηκωμένα.* Cum illo *βερβέριον* autem quodammodo compo poterit *κιμβέριον*, quod et ipsum genus vestimenti fuit.

Versu quarto pro *ὠσὶ* in cod. B. legitur *ὠσίν*, vero autem quinto post *πλευρῇσι* quaedam excidisse viderun Hermannus et Elmslejus: excidit autem, ut videtur substantivum, e quo suspensus fuit genitivus ill *βοός*; nam post hoc verbum jure mihi videor incisio nis signum posuisse.

Versu sexto in Codd. A. et P. legitur *νεόπλουτο* quod corruptum esse, manifestum est: sed quod e uno codice epitomes receperunt editores Athenaei *νεόπλυτον*, id non magis ferendum est: dixisset enim poeta:

> *Ἄπλυτον εἷλυμα κακῆς ἀσπίδος,*

ut sordidas Artemonis vestes notaret. Quare non dubito, quin Anacreon scripserit:

> *Νεόλυτον εἷλυμα κακῆς ἀσπίδος.*

Dicit enim Artemonem istum gestare genus vestimenti ex pelle bovina confectum, sed ea quidem, quae

vilis cassa et recens de clypeo vetusto detracta sit. Scripturam εἶλυμα confirmant codices A. et C, sed in B. legitur: εἴλυμα, in cod. P: εἴλημα. Deinde codex A. ἀρτοπώλισι recte legit: in duobus aliis (B. et P.) scriptum est ἀρτοπώλοισιν, in epitome autem ἀρτοπώλησιν. Pistrices autem famosae erant propter vitam dissolutam; hinc aliquis in Hermippi Pistricibus Hyperboli matrem, Doco, quae fuit pistrix, ita compellat:

Ὦ πασιπόρνη καὶ κάπραινα καὶ σαπρά.

Ita enim ille versus, qui legitur apud Pollucem L. VII. 202. scribendus videtur: sed de Hyperboli matre alibi plura dicentur. Maledicentiam pistricum Aristophanes in Ranis v. 857. exagitat:

Σὺ δὲ μὴ πρὸς ὀργήν, Αἰσχύλ', ἀλλὰ πρᾳόνως
Ἔλεγχ', ἐλέγχου· λοιδορεῖσθαι δ' οὐ πρέπει
Ἄνδρας ποιητὰς ὥςπερ ἀρτοπώλιδας.

Talis mulieris ingenium Aristophanes in Vespis v. 1388. seqq. verissime depinxit, et quasi sub adspectum subjecit.

Versu septimo in Codice P. et fortasse etiam in aliis quibusdam scribitur: καὶ ἐθελοπόροισιν: in edit. Casaub. καὶ ἐθελοπόρνοισιν: recte homines docti κἠθελοπόρνοισιν scripserunt.

Versu nono Codices A. B. P. ὁ πονηρὸς ὁ Ἀρτέμων legunt, sed articulus ante Ἀρτέμων recte omissus est in editt. Venet. et Casaub.

Versu undecimo scripsi πολλὰ δὲ νῶτον: Elmslejus ad Aristoph. Acharn. v. 850. νῶτα scripsit: in codice P. scribitur: δὲ νώτῳ: cod. B: δ' ἐν ὤτῳ: vulgata lectio est δ' ἐν νώτῳ. Deinde σκυτίνῃ μάστιγι scripsi ex Elmsleji conjectura, quam proposuit eo, quem dixi, loco. In Codd. A. et B. legitur σκυτίνῳ, in cod. P. σκυθίνῳ: quod revocat in memoriam Scythini nomen patris Anacreontis: quamquam de patris nomine, ut fieri solet, magna est disceptatio,

omnium tamen probabilissimum est, ei Scythini nomen fuisse: certe haec sententia etiam apud veteres plurimos habet auctores. Sic Scholiasta ad Platonis Phaedrum p. 18. haec scribit p. 312. ed. Bekker: Ἀνακρέων δὲ καὶ οὗτος λυρικὸς ποιητής, Σκυθίνου ἢ Παρθενίου Τήιος. Suidas: Ἀνακρέων Τήιος, Λυρικός, Σκυθίνου υἱός, οἱ δὲ Εὐμήλου· οἱ δὲ Παρθενίου, οἱ δὲ Ἀριστοκρίτου ἐδόξασαν. Et confirmare hanc sententiam videtur inscriptio in herma quadam Tibure reperta apud Visconti Iconogr. Gr. T. I. p. 74: *ΑΝΑΚ*** ΣΚΥ ΘΙ**** Atque Scythini nomen non infrequens fuisse apud Teios videtur: Athenaeus L. XI. p. 461. F Μνημονεύει δὲ αὐτῶν καὶ Σκυθῖνος ὁ Τήιος ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ ἱστορίῃ λέγων οὕτως· „Ἡρακλῆς λαβὼν Εὔρυτον καὶ τὸν υἱὸν ἔκτεινε, φόρους πρήσσοντας παρ᾽ Εὐβοέων Κυλικρῆνας ἐξεπόρθησε ληιζομένους, καὶ αὐτόθι πόλιν ἐδείματο Ἡράκλειαν τὴν Τρηχινίαν καλεομένην." Idem Scythinus etiam carminibus componendis operam dedit, ut cognoscimus ex Stephano Byzantino v. Τέως — ἐξ οὗ Πρωταγόρας Τήιος καὶ Σκυθῖνος ἰάμβων ποιητὴς Τήιος. Et duos versus hujus Scythini servavit Plutarchus de Pythiae oraculis c. 16: Ὕστερον μέντοι πλῆκτρον ἀνέθηκαν τῷ θεῷ χρυσοῦν ἐπιστήσαντες, ὥς ἔοικε, Σκυθίνῳ λέγοντι περὶ τῆς λύρας, ἣν ἁρμόζεται·

> Ζηνὸς εὐειδὴς Ἀπόλλων πᾶσαν ἀρχὴν καὶ τέλος
> Συλλαβών, ἔχει δὲ λαμπρὸν πλῆκτρον Ἡλίου φάος.

Vocem θωμιχθεὶς Hesychius, hunc ipsum, ut videtur, Anacreontis versum intelligens, sic interpretatur: Θωμιχθείς· μαστιχθείς: hoc verbum originem trahit a θώμιγξ, quod est flagellum (Photius p. 98. 27: Θώμιγξ· λεπτὸν σχοινίον.) hinc θωμίζειν est flagellis caedere. Hesychius Θωμίσσει· νύσσει, δεσμεύει. Photius p. 99. 2: Θωμίζει· τῷ κέντρῳ ἐρεθίζει καὶ τὸ μαστίζειν. Hesychius: Ἐθώμιξεν· ἐπέδησεν.

Versu duodecimo recte in cod. P. σατινέων legi-
ur: edit. Ven. σατινέται: deinde codd. A. B. P. χρύσεα
ιαρέων scriptum habent: vere Casaubonus emendavit
ορέων. Pro καθέρματα autem in codice P. legitur
αὶ θέρματα.

Versu tertio decimo Παὶς Κύκης in codd. scri-
itur: recte Dindorfius Πάϊς edidit: sicut idem φορέει
ecte scripsit pro φορεῖ. Κύκη autem videtur nomen
natris Artemonis fuisse, quae mulier infima sine dubio
uit conditione. An forte scripserat poeta sic:

Παῖς Κυάνης, καὶ σκιαδίσκην ἐλεφαντίνην φορέει.

Cyane, mater Calliсritae, pulcrae puellae, infra Fr.
CXXXIII. ab Anacreonte commemoratur. Σκιαδίσκη
utem fuit umbraculum, quod mulieres delicatulae ad
olis radios arcendos gerebant, vel potius servas susti-
iere jubebant, ut Athenis solebant filiae inquilino-
um canephoris umbellam tenere: hinc Aristophanes
n Avibus v. 1550:

Φέρε τὸ σκιάδειον, ἵνα με κἂν ὁ Ζεὺς ἴδῃ
Ἄνωθεν, ἀκολουθεῖν δοκῶ κανηφόρῳ.

dde ibidem v. 1508:

Τουτὶ λαβών μου τὸ σκιάδειον ὑπέρεχε
Ἄνωθεν, ὡς ἂν μή μ' ὁρῶσιν οἱ θεοί.

Et sic Hercules Omphalae arcebat solis ardorem, ut
Ovidius Fast. L. II. v. 311. dicit:

Aurea pellebant rapidos umbracula soles,
Quae tamen Herculeae sustinuere manus.

Umbellam autem ἐλεφαντίνην dicit Anacreon, quia vir-
gae ex ebore confectae fuisse videntur: ita enim
umbellae erant comparatae, ut et componi et distendi
possent: compares Ovidii versum in Arte Am. L. II.
v. 209:

Ipse tene distenta suis umbracula virgis,

Adde Aristophanem in Equit. v. 1348:

Τα δ' ὦτά γ' ἄν σου νὴ Δί' ἐξεπετάννυτο
Ὥςπερ σκιάδειον καὶ πάλιν συνήγετο.

Fr. XX.

Σίμαλον εἶδον ἐν χορῷ πηκτίδ' ἔχοντα
καλήν.

Hunc versum servavit Hephaestion p. 101. ed. Gaisf. *Ὥσθ' ὅλον αὐτὸ χοριαμβικὸν ἐπίμικτον γενέσθαι ὅμοιον τῷ Ἀνακρεοντείῳ τῷδε· Σίμαλον εἶδον ἐν χ.* Pro *Σίμαλον*, quod plures codices et edit. Turnebi tuentur, in cod. B. *σίμαλλον* scribitur, in edit. Flor. *Σίμηρον*; neque vero opus esse existimo, ut *Σιμύλον* scribatur.

Fr. XXI.

Ἐκ ποταμοῦ 'πανέρχομαι πάντα φέρουσα λαμπρά.

Hic versus legitur apud Hephaestionem p. 52. ed. Gaisf. *Πολὺ δέ ἐστι καὶ τὸ πρὸς τῇ κατακλεῖδι τὴν δευτέραν συζυγίαν ἰαμβικὴν ἔχον, οἷόν ἐστι παρὰ μὲν Ἀνακρέοντι· Ἐκ ποταμοῦ 'πανέρχομαι. π. φ. λ.* Pro *'πανέρχομαι* in codd. C. M. legitur: *παρέρχομαι.* Est autem initium carminis, quo poeta fecit mulierem loqui, quae vestimenta sive vasa in flumine abluerat.

Fr. XXII.

Ἀναπέτομαι δὴ πρὸς Ὄλυμπον πτερύγεσσι κούφαις
Διὰ τὸν Ἔρωτ'· οὐ γὰρ ἐμοὶ παῖς
ἐθέλει συνηβᾶν.

Prior versus legitur apud Hephaestionem p. 52: *Ἀνακρέων δὲ ἐπετήδευσε τὴν πρώτην συζυγίαν δι' ὅλου*

ἄσματος ἐκ τριβράχεος καὶ ἰάμβου ποιῆσαι, ὡς εἶναι κοινὴν λύσιν τῆς τε χοριαμβικῆς καὶ τῆς ἰαμβικῆς·

Ἀναπέτομαι δὴ πρὸς Ὄλυμπον πτερύγεσσι κούφαις.

Utrumque versum, sed corruptum, servavit scholiasta Aristoph. Av. v. 1378: *Ταῦτα δὲ παρὰ τὰ Ἀνακρέοντος. Ἀναπέτομαι πρὸς Ὄλυμπον πτερύγεσσι κούφαις διὰ τὸν ἔρωτα· οὐ γὰρ ἐμοὶ θέλει συνηβᾶν· διὸ καὶ τὸ χ ἔχουσι δύο στίχοι.* Alterum versum Porsonus ita restituit:

Διὰ τὸν ἔρωτ᾽· οὐ γὰρ ἐμοὶ παῖς ἐθέλει συνηβᾶν.

jure probantibus hominibus doctis. Praeterea scripsi *Ἔρωτα* littera majore: nam in ipsum Amorem culpam confert, quod puer iste procax et impotens se spreverit, et, ut cum Amore de illa injuria expostulet, se ad Olympum evolaturum esse dicit. Fritzschius autem hos versus choriambicos esse, ut volunt grammatici, negat, eosque ita metitur, ut sint e genere ionicorum a minore: dicit enim in dissertat. de Aristophanis Thesmophoriazusis secundis p. 80: „Falli enim Hephaestionem vel ex eo patet, quod Anacreon in toto carmine ab initio quatuor breves posuerat: nempe non sunt illi versus choriambici, sed numerus est ionicorum a minore, antecedente simili pede, sed longiore ∪∪∪∪ ⏊ ⏊ et deinde impetu versus decrescente, ita quidem:

Ἀναπέτομαι δὴ | πρὸς Ὄλυμπον | πτερύγεσ | σι κούφαις
Διὰ τὸν ἔρωτ᾽· οὐ | γὰρ ἐμοὶ παῖς | ἐθέλει | συνηβᾶν.

Primo pede ter usus est Aristophanes in Tagenistis:

Ἅλις ἀφύης μοι· παρατέταμαι γὰρ τὰ λιπαρὰ κάπτων.“

Et hanc rationem quodammodo confirmare videtur Aristophanis locus in Avibus v. 1378. ubi Cinesias numero ionico utitur, hoc ipso versu *Ἀναπέτομαι δὴ κ. τ. λ.* interposito:

ΚΙΝ. Ἀναπέτομαι δὴ πρὸς Ὄλυμπον πτερύγεσσι κούφαις
Πέτομαι δ᾽ ὁδὸν ἄλλοτ᾽ ἐπ᾽ ἄλλαν μελέων.

ΠΕΙ. Τουτὶ τὸ πρᾶγμα φορτίου δεῖται πτερῶν.
ΚΙΝ. Ἀφόβῳ φρενὶ σώματί τε νέαν ἐφέπων.

Nihilominus multa sunt, quae grammaticorum rationem stabiliant atque commendent: et justa fuit causa, cur poeta primi cujusque choriambi primam arsim dissolveret. Poeta enim, cum videret se a puero sperni atque repudiari, vix sui compos, ira pariter atque indignatione animum vehementissime agitante, in Amorem invehitur, atque ut et ipse quo esset animo indicaret, et eorum, qui audirent, mentes commoveret, numerum choriambicum concitatissimum fecit eo, quod longam syllabam ab initio cujusque versus in duas breves dissolvit. Συνηβᾶν autem nihil aliud significat quam cum aliquo lascivire, puerorum more ludere: quo sensu ipse Anacreon infra Fr. XLIII. dixit:

Ἔραμαι δέ τοι συνηβᾶν· χαριτεῦν ἔχεις γὰρ ἦθος.

Similiter dictum in scolio illo apud Athenaeum L. XV. p. 695. D:

Σύν μοι πῖνε, συνήβα, συνέρα, συστεφανηφόρει,
Σύν μοι μαινομένῳ μαίνεο, σὺν σώφρονι σωφρόνει.

Ita etiam ἡβᾶν est lascivire, pueriliter laetum esse, ut supra Fr. V:

Ψάλλω δ' εἴκοσι Λυδίην
Χορδαῖσιν μαγάδην ἔχων,
Ὦ Λεύκασπι, σὺ δ' ἡβᾷς.

et in scolio apud Athenaeum L. XV. p. 694. E:

Ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον ἀνδρὶ θνατῷ,
Δεύτερον δὲ καλὸν φυὰν γενέσθαι,
Τὸ τρίτον δὲ πλουτεῖν ἀδόλως,
Καὶ τὸ τέταρτον ἡβᾶν μετὰ τῶν φίλων.

Hinc Hesychius: Ἡβᾶν· ἀκμάζειν, νεάζειν, εὐωχεῖσθαι, μεθύσκεσθαι interpretatur. Etiam ξύνηβος eodem modo dictum esse videtur; Photius p. 311. 22: Ξύνηβοι συμπότης. Hesychius: Ξύνηβος· συμπότης, συνῆλιξ.

Hos autem Anacreontis versus respicit, nisi prorsus fallor, Julianus Epist. XVIII. p. 386. B: *Εἰ δέ μοι θέμις ἦν κατὰ τὸν Τήιον ἐκεῖνον μελοποιὸν εὐχῇ τὴν τῶν ὀρνίθων ἀλλάξασθαι φύσιν, οὐκ ἂν δή που πρὸς Ὄλυμπον, οὐδ᾽ ὑπὲρ μέμψεως ἐρωτικῆς, ἀλλ᾽ εἰς αὐτοὺς ἂν τῶν ὑμετέρων ὀρῶν τοὺς πρόποδας ἔπτην, ἵνα σε τὸ μέλημα τοὐμόν, ὥς φησιν ἡ Σαπφώ, περιπτύξωμαι.* Cognoscimus autem ex his Juliani verbis, Anacreontem, quoniam pulcher ille puer noluerat cum eo puериliter lascivire reprehendens senem (*οὐδ᾽ ὑπὲρ μέμψεως ἐρωτικῆς*) atque objurgans, minitatum esse, se pennis celeribus ipsum Olympum, sedem Deorum, petiturum esse, ut ab Amore, quem auctorem hujus infortunii esse credebat, poenas repeteret. Neque enim Anacreon diis parcere solitus fuit: graviter simili de causa invectus erat in Amores in alio quodam carmine, ut significat Himerius Orat. XIV. p. 612: *Νῦν ἔδει μοι Τηΐων μελῶν, νῦν ἔδει μοι τῆς Ἀνακρέοντος λύρας, ἣν ὅταν ὑπὸ παιδικῶν ἐκεῖνος ὑπεροφθῇ ποτε, καὶ κατ᾽ αὐτῶν Ἐρώτων οἶδεν ἐργάσασθαι· εἶπον ἂν πρὸς αὐτοὺς τὰ ἐκείνου ῥήματα, ὑβρισταὶ καὶ ἀτάσθαλοι, καὶ οὐκ εἰδότες ἐφ᾽ οὓς τὰ βέλη κυκλώσεσθε· τάχα δ᾽ ἂν καὶ ἠπείλησα τὴν ἀπειλήν, ἣν Ἀνακρέων ἀπειλεῖ τοῖς Ἔρωσιν. Ἐκεῖνος γάρ ποτε ἐρασθεὶς ἐφήβου καλοῦ, ἐπειδήπερ ἑώρα τὸν ἔφηβον ὀλίγον αὐτοῦ φροντίζοντα, λύραν ἁρμόσας ἠπείλει τοῖς Ἔρωσιν, εἰ μὴ αὐτῷ τιτρώσκοιεν αὐτίκα τὸν ἔφηβον, μηκέτι μέλος εὔφημον εἰς αὐτοὺς ἀνακρούσασθαι.* et ibidem dicit: *Ἀλλ᾽ ἐνταῦθα γενόμενος μακαρίζω τὴν ποίησιν, εἰ τοσοῦτον ἔξεστι ὥστε κατ᾽ Ἐρώτων αὐτῶν μέγα καὶ φοβερὸν ἀνατείνασθαι.*

Puer autem ille, ut auguror, canitiem Anacreontis vituperaverat, nolens cum sene rem habere, prorsus ut ista Lesbia puella spreverat Anacreontis senis amorem Fr. XV. v. 5:

Ἡ δ᾽, ἐστὶν γὰρ ἀπ᾽ εὐκτίτου
Λέσβου, τὴν μὲν ἐμὴν κόμην,
Λευκὴ γάρ, καταμέμφεται,
Πρὸς δ᾽ ἄλλην τινα χάσκει.

Fr. XXIII.

Lucianus quae dicit in Hercule Gall. c. 8: Ἡ ἰσχὺς μὲν καὶ τάχος καὶ κάλλος καὶ ὅσα τοῦ σώμα ἀγαθά, χαιρέτω, καὶ ὁ ἔρως (scr. Ἔρως) ὁ σός, ὦ Τ ποιητά, εἰςιδών με ὑποπόλιον γένειον, χρυσοφαέννω βούλεται πτερύγων ἢ ἀετοῖς παραπετέσθω, καὶ ὁ Ἱπ κλείδης οὐ φροντιεῖ: ea sunt, ut conjicio, ex illo ip carmine, cujus initium modo tractavimus, derivat poeta autem id dicit, quod in se puer ille repreher derit, et cur amplius lascivire cum Anacreonte nolu rit; cujus rei culpam poeta in Amorem ipsum confer Aperta autem supersunt vestigia metri choriambic ut illud χρυσοφαέννων πτερύγων: atque illud ὑποπόλι in eo demum carmine locum habere potuit, in qu choriambici versus arsis prima soluta fuit: sed foe corrupta esse ultima verba satis superque manifestu est. Neque vero codices, ut mecum communica Fritzschius, vir amicissimus, quidquam praebent, quo investigare possis, quid poeta scripserit: mi videntur haec verba ἢ ἀετοῖς corrupta esse ex ἀήτα sic enim fere Anacreon scripserat:

Ὅς μ᾽ ἐσιδὼν γένειον
Ὑποπόλιον χρυσοφαέννων πτερύγων ἀήτα
Παραπέταται.

compares ea, quae Avium coryphaeus apud Arist phanem v. 696. de Amore canit:

Γῆ δ᾽ οὐδ᾽ ἀὴρ οὐδ᾽ οὐρανὸς ἦν· Ἐρέβους δ᾽ ἐν ἀπ ροσι κόλποις
Τίκτει πρώτιστον ὑπηνέμιον Νὺξ ἡ μελανόπτερος ᾠόν

'Ἐξ οὗ περιτελλομέναις ὥραις ἔβλαστεν Ἔρως ὁ ποθεινός,
Στίλβων νῶτον πτερύγοιν χρυσαῖν, εἰκὼς ἀνεμώκεσι δίναις.

tque ut hic dictum est χρυσοφαέννων πτερύγων ἀήταις a Aratus ἄημαι ad avium volatum transtulit in Phaeomenis v. 313:

Σχεδόθεν δέ οἱ ἄλλος (ὄρνις) ἄηται
Οὐ τόσσος μεγέθει· χαλεπός γε μὲν ἐξ ἁλὸς ἐλθεῖν
Νυκτὸς ἀπερχομένης· καί μιν καλέουσιν ἀητόν.

ec dissimile est, quod ibidem legitur v. 522:

Οὐ μὴν αἰητοῦ ἀπαμείρεται· ἀλλά οἱ ἐγγὺς
Ζηνὸς ἀητεῖται μέγας ἄγγελος.

Fr. XXIV.

Χεῖρά τ' ἐν ἠγάνῳ βαλεῖν.

Hoc servavit Athenaeus L. VI. p. 229. B: Χωρὶς τοῦ τ̄ στοιχείου Ἴωνες ἤγανον λέγουσιν, ὡς Ἀνακρέων· ῖρά τ' ἐν ἠγάνῳ βαλεῖν. Conferas etiam Eustathium l Odyss. T. p. 1862. 11: Δωρικῶς δὲ ἤγανον, ὡς αὶ ἀλλαχοῦ δεδήλωται. et paulo inferius: χρῆσις δὲ γάνου δίχα τοῦ τ̄ καὶ παρ' Ἀνακρέοντι ἐν τῷ· χεῖρά τ' ἠγάνῳ βαλεῖν. et rursus p. 244. 46: Φασὶ δὲ καὶ τήγανον οἱ παλαιοὶ τοιούτῳ λόγῳ ἤγανον λέγεσθαι. et 710. 18. Conferas etiam Scholiastam ad Aristoph. ysistrat. v. 988: Ὥςπερ τὸ πήγανον ἔνιοι ἀφαιρέσει ῦ π ἤγανον λέγουσιν, οὕτως ἐνταῦθα κατὰ τὸ ἐναντίον λεονάζει τὸ π, ἠλεός, ἀλεός, παλεός.

Fr. XXV.

Ἥλιε καλλιλαμπέτη.

Hoc legitur apud Priscianum L. VII. p. 731. ed. itsche: „Nec mirum, cum Graecorum quoque poetae niliter inveniantur protulisse vocativos in supradicta

terminatione. Anacreon: "Ἦλις καλληλαμπέτη posuit pro καλλιλαμπέτα." Anacreontis versum intellexit, ut puto, auctor Etymologi M. qui p. 670. 18. haec dicit: δεῖ προσθεῖναι χωρὶς τοῦ Αἰήτη παρὰ Ἀπολλωνίῳ καὶ ὦ Καλλιλαμπέτη καὶ ὦ Ἐναρέτη. ubi legendum est ὦ Αἰναρέτη.

Fr. XXVI.

Ἀσπίδα ῥῖψ' ἐς ποταμοῦ καλλιρόου προχοάς.

Hic versus legitur apud Ursinum p. 135. et p. 32. (ut Fischerus dicit), qui eum ex Attilio Fortunatiano adscripsit: sed apud Putschium omissa sunt Anacreontis verba. Haec enim ibi p. 2703. leguntur:

,,Lydia, dic, per omnes
Te Deos oro, Sybarin cur properas amando.

Hoc totum choriambicum metrum est. Primum colon dimetron catalecticum est, sed quominus integrum choriambicum esse videatur facit ultimus bacchius: nam similiter in secundo colo affectavit in ultimo bacchium habere, in hoc etiam recessit ab Alcaeo, quod primum choriambicum durum fecit, secundum pro iambo spondeum ponendo: nam si secutus fuisset Alcaeum, sic ordinasset:

Hoc dea vere Sybarin cur properas amando.

Sed affectasse potius, quam errasse Horatium hoc apparet, quod eadem lege usque ad finem eclogae perseveravit: erit ergo et secundum colon tetrametrum catalecticum: ex hoc hendecasyllabum Sapphicum facies sic:

Qaeso, Lydia, dic deos per omnes.

de secundo hexametrum sic:

Hocne deos vere Sybarin cur quaeris amando?

uamquam alibi (Fr. CXXXII.) nihil sibi curae esse ma dicit:

Τί μοι τῶν ἀγκύλων
Σιντίων τόξων φίλ' ὦ Κίμεώς τε καὶ Σκυθῶν μέλει;

Fr. XXVII.

Τὸν λυροποιὸν ἠρόμην Στράττιν εἰ κομήσει.

Hunc versum servavit Hephaestion p. 96: *Ἀνακρέων δὲ οὐκ ἰαμβικῷ, ἀλλὰ χοριαμβικῷ ἐπιμίκτῳ πρὸς τὰς ... μβικὰς ἐπήγαγε τὸ ἰθυφαλλικόν· Τὸν λυροποιὸν ἠρ. Σ.* ι editione Turnebi legitur *Στράτιν* et *κομίσει.* Nescio ι poeta pro *λυροποιὸν* scripserit:

Τὸν μυροποιὸν ἠρόμην Στράττιν εἰ κομήσει.

onferas Pollucem L. VII. 177: *Μυρεψός· Κριτίας γὰρ ... πως ὠνόμασε· μυροποιός, οὕτω δὲ Ἀνακρέων.* Contra ...ροποιός restituendum est pro *τυροποιός* apud Scholiastam Aristoph. Ran. v. 693: *Οὗτος δὲ ἦν ὁ καλούμενος Κλεοφῶν ὁ τυροποιός.* Legendum ibi est *ὁ λυροποιός*: Cleophon enim lyris fabricandis operam dederat. ndocides de mysteriis 146: *Καίτοι οὐκ ὄνειδος ὑμῖν ...πὶν ἡ Ἀνδοκίδου καὶ Λεωγόρου οἰκία οὖσα, ἀλλὰ πολὺ ...ᾶλλον τότ' ἦν ὄνειδος, ὅτ' ἐμοῦ φεύγοντος Κλεοφῶν ...ὐτὴν ὁ λυροποιὸς ᾤκει.* Aeschines de falsa legat. 76: *...λεοφῶν δὲ ὁ λυροποιός, ὃν πολλοὶ δεδεμένον ἐν πέδαις ...νημόνευον, παρεγγραφεὶς αἰσχρῶς πολίτης καὶ διεφθαρ...ὼς νομῇ χρημάτων τὸν δῆμον, ἀποκόψειν ἠπείλει μαχαίρᾳ ...ὸν τράχηλον, εἴ τις εἰρήνης μνησθήσεται.* Scholiasta ...ristoph. Thesmophor. v. 805: *Κλεοφῶντα λέγει τὸν ...ροποιόν, διαβάλλει δὲ αὐτὸν ὡς κίναιδον.*

Κομήσει autem dictum puto a *κομάω*, explicanumque de coma nutrienda: Samii autem, si hoc

Ita Archilochum novimus idem fecisse, ut ipse confitetur (Fr. III.):

> Ἀσπίδι μὲν Σαΐων τις ἀγάλλεται, ἣν παρὰ θάμνῳ
> Ἔντος *) ἀμώμητον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων·
> Αὐτὸς δ' ἐξέφυγον θανάτου τέλος· ἀσπὶς ἐκείνη
> Ἐῤῥέτω· ἐξαῦτις κτήσομαι οὐ κακίω.

Sic etiam Alcaeus, vir fortis et bellicosus, non dissimulavit se scutum abjecisse, ut cognoscimus ex Strabone L. XIII. p. 600: Πιττακὸς δ' εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν λεγομένων πλεύσας ἐπὶ τὸν Φρύνωνα στρατηγὸν διεπολέμει τέως διατιθεὶς καὶ πάσχων κακῶς· ὅτε καὶ Ἀλκαῖός φησιν ὁ ποιητὴς ἔν τινι ἀγῶνι κακῶς φερόμενον ἑαυτὸν τὰ ὅπλα ῥίψαντα φυγεῖν· λέγει δὲ πρός τινα κήρυκα, κελεύσας τοῖς ἐν οἴκῳ, Ἀλκαῖος σῶος ἄροι ἐνθάδ' οὐκ αὐτὸν τὸν ἀληκτορὶν ἐς Γλαυκωπὸν ἱερὸν ἐκρέμασαν Ἀττικοί. Horatius quoque, illorum exemplum secutus, ignominiam illam, quam armis abjectis sibi contraxerat, prae se tulit, ut est in Carm. L. II. 7. 9:

> Tecum Philippos et celerem fugam
> Sensi, relicta non bene parmula,
> Quum fracta virtus et minaces
> Turpe solum tetigere mento.

Quare non improbabile est, haec Anacreontem de se ipso dicere: neque enim a bello prorsus abhorruisse videtur: certe in Fr. XCI. amicos adhortari videtur, ut strenue arma suscipiant:

> Διὰ δηὖτε Καριευργέος
> Ὀχάνοιο χεῖρα τιθέμεναι.

---

*) Recte Brunckius ἔντος scripsit pro vulgato ἐντός: aliud exemplum hujus vocis numero singulari dictae, ubi de clypeo sermo est, reperitur in istis versibus apud Galenum de Hippocr. et Platon. dogm. III. p. 273. quos Chrysippus Hesiodo tribuebat:

> Αἰγίδα ποιήσασα φοβέστρατον ἔντος Ἀθήνη.

Hic quoque vulgo pessime legitur ἐντός.

c enim scribendum videtur." Ego vero Anacreon-n hoc versu nihil aliud dicere voluisse credo, quam: *lacrymosum amavit bellum.* Αἰχμὴ saepius a etis bellum vel pugna dicitur: ut est in Sophoclis iloctеta v. 1306:

Ἀλλ' οὖν τοσοῦτόν γ' ἴσθι, τοὺς πρώτους στρατοῦ,
Τοὺς τῶν Ἀχαιῶν ψευδοκήρυκας, κακοὺς
Ὄντας πρὸς αἰχμήν, ἐν δὲ τοῖς λόγοις θρασεῖς.

que bellum lacrymosum dici solet. Homerus Iliad. V. v. 737. et VIII. v. 388:

Ἡ δὲ χιτῶν' ἐνδῦσα Διὸς νεφεληγερέταο
Τεύχεσιν ἐς πόλεμον θωρήσσετο δακρυόεντα.

XIII. v. 765:

Τὸν δὲ τάχ' εὗρε μάχης ἐπ' ἀριστερὰ δακρυοέσσης.

XVI. v. 436:

Ἤ μιν ζωὸν ἐόντα μάχης ἄπο δακρυοέσσης
Θείω ἀναρπάξας Λυκίης ἐν πίονι δήμῳ.

rgilius Aeneid. L. VII. v. 606:

Sive Getis inferre manu lacrimabile bellum
Hyrcanisve Arabisve parant.

oratius Carm. L. I. 21. 13:

Hic bellum lacrymosum, hic miseram famem
Pestemque a populo principe Caesare in
Persas atque Britannos
Vestra motus aget prece.

t ipse Anacreon infra Fr. LXIX. v. 1:

Οὐ φιλέω, ὃς κρητῆρι παρὰ πλέῳ οἰνοποτάζων
Νείκεα καὶ πόλεμον δακρυόεντα λέγει.

Fr. XXIX.

Ὠινοχόει δ' ἀμφίπολος μελιχρὸν
Οἶνον, τρικύαθον κελέβην ἔχουσα.

Hi versus leguntur apud Athenaeum L. XI. p. 475. F: ui de κελέβη poculorum genere disserit: Ἀνακρέων·

carmen Sami scriptum est, prolixos gerebant crin[es] quos maxima cura comebant atque ornamentis disti[n]guebant: ut docet Athenaeus L. XII. p. 525. E: Π[ερὶ] δὲ τῆς Σαμίων τρυφῆς Δοῦρις ἱστορῶν παρατίθεται Ἀσ[ίου] ποιήματα, ὅτι ἐφόρουν χλιδῶνας περὶ βραχίοσι καὶ [τὴν] ἑορτὴν ἄγοντες τῶν Ἡραίων ἐβάδιζον κατεκτενισμένοι [τὰς] κόμας ἐπὶ τὸ μετάφρενον καὶ τοὺς ὤμους· τὸ δὲ νόμ[ιμον] τοῦτο μαρτυρεῖσθαι καὶ ὑπὸ παροιμίας τῆσδε, Βαδ[ίζειν] Ἡραῖον ἐμπεπλεγμένον· ἔστι δὲ τὰ τοῦ Ἀσίου ἔπη οὕ[τως] ἔχοντα·

> Οἱ δ' αὔτως φοίτεσκον ὅπως πλοκάμους κτενίσαιντ[ο]
> Εἰς Ἥρας τέμενος, πεπυκασμένοι εἵμασι καλοῖς,
> Χιονέοισι χιτῶσι πέδον χθονὸς εὐρέος εἶχον,
> Χρύσειαι δὲ κόρυμβαι ἐπ' αὐτῶν τέττιγες ὥς·
> Χαῖται δ' ἠωρεῦντ' ἀνέμῳ χρυσέοις ἐνὶ δεσμοῖς.

Qui mos Sami tam vulgatus fuit, ut etiam pug[iles] comam alerent: ut est in proverbio illo (apud Plutar[ch.] Prov. quibus Alex. usi sunt 108:) Τὸν ἐν Σάμῳ κο[μή]την· Σάμιός τις ἐγένετο πύκτης, ὃς ἐπὶ μαλακίᾳ σκωπτό[]μενος, ἐπειδὴ κόμας εἶχεν, ὑπὸ τῶν ἀνταγωνιστῶν, σ[υμ]βαλὼν αὐτοὺς ἐνίκησεν.

Fr. XXVIII.

Δακρυόεσσάν τ' ἐφίλησεν αἰχμάν.

Hic versus legitur apud Hephaestionem p. 5[] Τρίμετρα δέ, οἷον τὸ Ἀνακρέοντος· Δακρυόεσσάν τ' ἐ[φίλησεν]. Pro ἐφίλησεν in codice N. scriptum est ἐφίλησαν. Po[test] autem aliquis conjicere αἰχμὴν scribendum esse pro αἰχμ[άν]. Idem versus legitur apud Scholiastam Hephaestionis.

Hermannus Element. p. 423. ita haec verba e[x]plicat: „Qui versus quid sibi velit, declarari puto i[llo] Lucilii in VIII:

> A levi lacrumas mutone absterget amica.

antea, sed pretio permoti carmina scribant ad laudes orum puerorumve celebrandas. Ipse enim Anacreon t liberali ingenio: qui quam fuerit pecuniae conitor, documento est id, quod ex Aristotele refert ibaeus XLIII. 38. T. III. p. 209. ed. Lips. *Ἀναων ὁ μελοποιὸς λαβὼν τάλαντον χρυσίου παρὰ Πολυίτους τοῦ τυράννου, ἀπέδωκεν, εἰπών, μισῶ δωρεάν, ς ἀναγκάζει ἀγρυπνεῖν.* et ibid. CXIII. 25. p. 204. Lips. *Ἀνακρέων δωρεὰν παρὰ Πολυκράτους λαβὼν τε τάλαντα, ὡς ἐφρόντισεν ἐπ' αὐτοῖς δυοῖν νυκτοῖν, ἔδωκεν αὐτὰ εἰπών, οὐ τιμᾶσθαι αὐτὰ τῆς ἐπ' αὐτοῖς οντίδος.* Notavit autem, si recte satis conjicio, acreon Simonidis avaritiam, poetae aequalis, quom una versatus est Athenis apud Hipparchum, qui agna pecunia et multis donis impetraverat, ut poeta genti cupidissimus Athenis versaretur. Plato enim Hipparcho p. 228. D. Hipparchum dicit et Anaeontem arcessivisse, et Simonidis consuetudine, qui iidem in hac ipsa re avaritiam summam prae se lerit, usum esse: *Καὶ ἐπ' Ἀνακρέοντα τὸν Τήιον ντηκόντορον στείλας, ἐκόμισεν εἰς τὴν πόλιν, Σιμωνίδην τὸν Κεῖον περὶ αὐτὸν ἀεὶ εἶχε, μεγάλοις μισθοῖς καὶ ίροις πείθων.* Aelianus Var. Histor. L. VIII. c. 2. de ipparcho dicit: *Καὶ ἐπ' Ἀνακρέοντα δὲ τὸν Τήιον ντηκόντορον ἔστειλεν, ἵνα αὐτὸν πορεύσῃ ὡς αὐτόν· μωνίδην δὲ τὸν Κεῖον διὰ σπουδῆς ἄγων, ἀεὶ περὶ τὸν εἶχε, μεγάλοις δώροις, ὡς τὸ εἰκός, πείθων καὶ σθοῖς· καὶ γὰρ ὡς ἦν φιλοχρήματος ὁ Σιμωνίδης, οὐδεὶς τιφήσει.* Non mirum igitur est, si Anacreon Simons avaritiam exagitaverit, quam ei omnés exprobraerunt neque ipse celavit. Ita ipse Simonides conssus est se apud Hieronem versari magna pecunia lduetum, ut cognoscimus ex Synesio, qui in Epiula 49. p. 188. ed. Petav. cum dixisset Simonidem

'Ωινοχόει δ' ἀμφίπολος
Μελιχρὸν οἶνον, τρικύαθον κελέβην ἔχουσα.

Ego vero eos sic disposui, ut trimetri choriam[bici] catalectici essent: in secundo versu loco choria[mbi] dipodia jambica, sed ea solutam habens alteram ar[sin] posita est.

Fr. XXX.

Οὐδ' ἀργυρέη κω τότ' ἔλαμπε Πει[θώ].

Hic versus legitur apud Scholiastam Pindari Isth[m.] II. 5: Νῦν, φησί, μισθοῦ συντάττουσι τοὺς ἐπαιν[ους,] πρώτου Σιμωνίδου προκαταρξαμένου — ἔνθεν καὶ Καλ[λί]μαχος·

Οὐ γὰρ ἐργάτιν τρέφω
Τὴν Μοῦσαν, ὡς ὁ Κεῖος Ὑλλίχου νέπους.

Λέγει δὲ ταῦτα πρὸς Σιμωνίδην, ὡς φιλάργυρον δια[βάλλων] τὸν ἄνδρα· — τοιοῦτον δέ τι καὶ Ἀνακρέων εἴρηκε, [καὶ] μή ποτε ἡ ἀπότασίς ἐστιν εἰς τὰ ὑπ' ἐκείνου εἰρημ[ένα·] φησὶ γάρ· Οὐδ' ἀργυρέη κότ' ἔλαμπε Πειθώ. S[ed] κότε ne dici quidem recte a poeta potuit. In e[di]tione Romana haec ita leguntur: Οὐδ' ἀργυρέη κ' [...] ἔλαμπε Πυθώ. Scripserat Anacreon:

Οὐδ' ἀργυρέη κω τότ' ἔλαμπε Πειθώ.

Necdum Suada argentea lucebat. Emendationem co[n]firmat Pindarus ipse eo loco, quem modo memoravi:

Οἱ μὲν πάλαι, ὦ Θρασύβουλε, φῶτες, οἳ χρυσαμπ[ύκων]
Ἐς δίφρον Μοισᾶν ἔβαινον κλυτᾷ φόρμιγγι συναντόμ[ενοι,]
Ῥίμφα παιδείους ἐτόξευον μελιγάρυας ὕμνους,
Ὅστις ἐὼν καλὸς εἶχεν Ἀφροδίτας
Εὐθρόνου μνάστειραν ἀδίσταν ὀπώραν·
Ἁ Μοῖσα γὰρ οὐ φιλοκερδής πω τότ' ἦν, οὐδ' ἐργ[άτις·]
Οὐδ' ἐπέρναντο γλυκεῖαι μελιφθόγγου ποτὶ Τερψιχόρ[ας]
Ἀργυρωθεῖσαι πρόσωπα μαλθακόφωνοι ἀοιδαί.

Hoc igitur reprehendit, quod poetae jam non grati[s]

t antea, sed pretio permoti carmina scribant ad laudes irorum puerorumve celebrandas. Ipse enim Anacreon iit liberali ingenio: qui quam fuerit pecuniae con:mtor, documento est id, quod ex Aristotele refert tobaeus XLIII. 38. T. III. p. 209. ed. Lips. Ἀναρέων ὁ μελοποιὸς λαβὼν τάλαντον χρυσίου παρὰ Πολυράτους τοῦ τυράννου, ἀπέδωκεν, εἰπών, μισῶ δωρεάν, τις ἀναγκάζει ἀγρυπνεῖν. et ibid. CXIII. 25. p. 204. d. Lips. Ἀνακρέων δωρεὰν παρὰ Πολυκράτους λαβὼν έντε τάλαντα, ὡς ἐφρόντισεν ἐπ᾽ αὐτοῖς δυοῖν νυκτοῖν, πέδωκεν αὐτὰ εἰπών, οὐ τιμᾶσθαι αὐτὰ τῆς ἐπ᾽ αὐτοῖς ροντίδος. Notavit autem, si recte satis conjicio, ınacreon Simonidis avaritiam, poetae aequalis, quoum una versatus est Athenis apud Hipparchum, qui nagna pecunia et multis donis impetraverat, ut poeta ırgenti cupidissimus Athenis versaretur. Plato enim n Hipparcho p. 228. D. Hipparchum dicit et Ana:reontem arcessivisse, et Simonidis consuetudine, qui quidem in hac ipsa re avaritiam summam prae se tulerit, usum esse: Καὶ ἐπ᾽ Ἀνακρέοντα τὸν Τήιον πεντηκόντορον στείλας, ἐκόμισεν εἰς τὴν πόλιν, Σιμωνίδην δὲ τὸν Κεῖον περὶ αὐτὸν ἀεὶ εἶχε, μεγάλοις μισθοῖς καὶ δώροις πείθων. Aelianus Var. Histor. L. VIII. c. 2. de Hipparcho dicit: Καὶ ἐπ᾽ Ἀνακρέοντα δὲ τὸν Τήιον πεντηκόντορον ἔστειλεν, ἵνα αὐτὸν πορεύσῃ ὡς αὐτόν· Σιμωνίδην δὲ τὸν Κεῖον διὰ σπουδῆς ἄγων, ἀεὶ περὶ αὐτὸν εἶχε, μεγάλοις δώροις, ὡς τὸ εἰκός, πείθων καὶ μισθοῖς· καὶ γὰρ ὡς ἦν φιλοχρήματος ὁ Σιμωνίδης, οὐδεὶς ἀντιφήσει. Non mirum igitur est, si Anacreon Simonidis avaritiam exagitaverit, quam ei omnés exprobraverunt neque ipse celavit. Ita ipse Simonides confessus est se apud Hieronem versari magna pecunia adductum, ut cognoscimus ex Synesio, qui in Epistola 49. p. 188. ed. Petav. cum dixisset Simonidem

Diomedes L. III. p. 519: „Octava ode dicolon metrum habet Anacreontium et Alcaicum: claudit vero sic Anacreontium ex Choriambo et Bacchio, interdum Anapaesto:

Lydia dic per omnes.“

Neque tamen crediderim continuatis his versibus *) usum esse Anacreontem, sed longioribus versibus choriambicis eos interposuisse videtur: ut fecit Horatius in illo carmine:

Lydia dic, per omnes,
Te Deos oro, Sybarin cur properas amando?

Sapphus ille quidem secutus exemplum. Et sic in fragmento sequente, si recte constitui, dimeter cata-

---

*) At comici Graeci, quia hic numerus fractus et molliusculus, et ob id ipsum ludicris canticis accomodatissimus est, tales versus frequenter usurpavisse videntur. Eupolis in Adulatoribus fr. 14:

Ὃς Χαρίτων μὲν ὄζει,
Καλλαβίδας δὲ βαίνει,
Σησαμίδας δὲ χέζει,
Μῆλα δὲ χρέμπτεται.

Aristophanes in Aeolosicone Fr. XIII:

Οὐκ ἐτός, ὦ γυναῖκες,
Πᾶσι κακοῖσιν ἡμᾶς
Φλῶσιν ἑκάστοτ᾽ ἄνδρες·
Δεινὰ γὰρ ἔργα δρῶσαι
Λαμβανόμεσθ᾽ ὑπ᾽ αὐτῶν.

Itidem in alio fragmento apud Athenaeum L. I. p. 48. C:

Ὅστις ἐν ἡδυόσμοις
Στρώμασι παννυχίζων
Τὴν δέσποιναν ἐρείδεις.

et in Vespis v. 533:

Ὁρᾷς γὰρ ὡς
Σοὶ μέγας ἐστὶν ἀγὼν
Καὶ περὶ τῶν ἁπάντων,
Εἴπερ ὃ μὴ γένοιτ᾽ οὗ-
Τός σ᾽ ἐθέλει κρατῆσαι.

et rursus v. 638:

Ὥστ᾽ ἔγωγ᾽
Ηὐξανόμην ἀκούων,
Κἀν μακάρων δικάζειν
Αὐτὸς ἔδοξα νήσοις
Ἡδόμενος λέγοντι.

sticus conjunctus est cum enneasyllabo Sapphico, qui dimetro tantum eo differt, quod basi auctus est:

Ἱπποθόρον δὲ Μυσοὶ
Εὑρεῖν μῖξιν ὄνων πρὸς ἵππους.

olim enim haec verba sic disponere, ut dimetri atalectici continuentur: quamquam id facile efficias, verbum εὑρεῖν mutaveris in εὗρον et transposueris:

Ἱπποθόρον δὲ Μυσοὶ
Μῖξιν ὄνων πρὸς ἵππους
Εὗρον.

Scripsi autem Εἶμι λαβὼν ἐς ὥρας. Hesychius: Ἐς ὥρας (male vulgo legitur: ἐσαώρας) εἰς καιρούς. Theocritus XV. v. 74:

Κεἰς ὥρας κἤπειτα, φίλ' ἀνδρῶν, ἐν καλῷ εἴης,
Ἄμμε περιστέλλων.

ed comparanda potissimum est formula illa dicendi ἢ ὥρασιν ἱκοίμην, Anacreontis verbis opposita: ut Aristophanes in Lysistrata v. 1037. dixit:

Ἀλλὰ μὴ ὥρασ' ἵκοισθ'· ὡς ἐστὲ θωπικαὶ φύσει.

Et Alexis apud Athenaeum L. II. p. 55. C:

Μὴ ὥρασι
Μετὰ τῶν κακῶν ἵκοιθ' ὁ τοὺς θερμοὺς φαγών,
Ἐν τῷ προθύρῳ τὰ λέμμαθ' ὅτιὴ κατέλιπεν.

Quae sic corrigenda esse censeo:

Ἵκοιτο μὴ ὥρασιν ὁ τοὺς θερμοὺς φαγών.

Sed de his comici versibus disseram alio loco.

Fr. XXXII.

Ἱπποθόρον δὲ Μυσοὶ
Εὑρεῖν μῖξιν ὄνων πρὸς ἵππους.

Haec leguntur apud Scholiastam ad Homeri Iliad. XXIV. v. 278: Μυσοὶ πλησίον ὄντες Ἐνετῶν, ὅθεν

ἡμιόνων γένος, ἢ ὡς καὶ παρὰ Μυσοῖς διαφόρων ὄντων. Ἀνακρέων· Ἱππόθορον δὲ Μυσοί, εὑρεῖν μῖξιν ὄνων πρὸς ἵππους ἐξ ὧν ἡμίονοι. Haec ita constitui, ut dimeter choriambicus catalecticus et enneasyllabus Sapphicus essent. Fortasse scripserat Anacreon:

Ἱπποθόρων δὲ Μυσοὶ
Εὗρον μίξιν ὄνων πρὸς ἵππους:

nisi forte potius verba πρὸς ἵππους ab interprete sunt addita. Conferas Hesychii glossam: Ἱππόθορος· ὄνος ἵππους βιβάζων: ubi distingui debebat: Ἱπποθόρος ὄνος· ἵππους βιβάζων. Photius p. 111. 20: Ἱππόθορος· ἵππους βιβάζων· θόρος γὰρ τὸ σπέρμα· ἔστι δὲ καὶ αὔλημα. Apud Hesychium etiam legitur, si recte viri docti emendaverunt: Ἱπποθόρον ἥβην· τὴν μεγάλην ἐποχείαν.

Fr. XXXIII.

Αἰνοπαθῆ πατρίδ' ἐπόψομαι.

Hic versiculus legitur apud Scholiastam Harlejanum ad Homer. Odyss. M. v. 313: Αἰνοπαθῆ πατρίδ' ἐπόψομαι. παρ' ἀνακρέοντι. Fortasse ab initio basis deest, ut versus asclepiadeus sit: quamquam etiam haec ipsa metri forma non fuit inusitata: conferas quae supra dixi eo loco, quo de metris Anacreontis disserui. Loquitur autem poeta de Teo, urbe patria, quam αἰνοπαθῆ appellat, quoniam ea plurima mala a Persarum impotenti dominatione perpessa erat. Nam cum Harpagus illam urbem obsidione cinxisset et expugnavisset, Teii coacti sunt patria relicta novam sedem quaerere, et Abderam se contulerunt. Herodotus L. I. c. 168: Παραπλήσια δὲ τούτοισι καὶ Τήιοι ἐποίησαν· ἐπεί τε γάρ σφεων εἷλε χώματι τὸ τεῖχος Ἅρπαγος, ἐσβάντες πάντες ἐς τὰ πλοῖα, οἴχοντο πλέοντες ἐπὶ

ῆς Θρηικίης καὶ ἐνθαῦτα ἔκτισαν πόλιν Ἄβδηρα, τὴν :ρότερος τούτων Κλαζομένιος Τιμήσιος κτίσας οὐκ ἀπώνητο, ἀλλ᾽ ὑπὸ Θρηίκων ἐξελασθεὶς τιμὰς νῦν ὑπὸ Τηίων τῶν ν Ἀβδηρίτῃσι ὡς ἥρως ἔχει. Consentaneum autem est llo tempore etiam Anacreontem patriam reliquisse, dque confirmare quodammodo videtur Strabo, qui ⅼ. XIV. p. 644. haec dicit: Καὶ ἡ Τέως δὲ ἐπὶ Χεῤῥονήσῳ ἵδρυται λιμένα ἔχουσα· ἔνθεν δ᾽ ἐστὶν Ἀνακρέων ὁ μελοποιός, ἐφ᾽ οὗ Τήιοι τὴν πόλιν ἐκλιπόντες εἰς Ἄβδηρα ἀπῴκησαν Θρακίαν πόλιν, οὐ φέροντες τὴν τῶν Περσῶν ὕβριν, ἀφ᾽ οὗ καὶ τοῦτ᾽ εἴρηται·

Ἄβδηρα καλὴ Τηίων ἀποικία.

Neque vero, quod vulgo existimant, cum reliquis Teiis se contulit Abderam: nihil certé usquam reperi, quo ista opinio possit confirmari: sed multo verisimilius esse puto, si quis statuat eum se Samum contulisse, invitatum a Polycrate tyranno. Teos, Anacreontis patria ab Harpago circa Olympiadem sexagesimam expugnata esse videtur: nam ex Herodoto L. I. c. 177. cognoscimus Harpagum fere eodem tempore Joniam, Cariam et Lyciam subegisse, quo Cyrus ipse bellum Babyloniis intulerit: dicit enim: Τὰ μὲν νῦν κάτω τῆς Ἀσίης Ἅρπαγος ἀνάστατα ἐποίεε, τὰ δὲ ἄνω αὐτῆς αὐτὸς Κῦρος, πᾶν ἔθνος καταστρεφόμενος καὶ οὐδὲν παριείς. et quae sequuntur. Babylon autem expugnata est a Cyro Olympiadis sexagesimae anno tertio. Illo autem tempore jam dudum Sami rerum potitus erat Polycrates; neque enim ullo pacto probari potest eorum sententia, qui Polycratem Olympiadis sexagesimae anno primo regnum occupavisse statuunt: sic enim vix undecim annos imperium tenuisset: sed de Polycratis imperio alio loco dicetur. Non igitur crediderim Anacreontem se Abderam contulisse, sed Samum, insulam vicinam, a Polycrate arcessitum.

Et Himerius quidem dicit Polycratem filii precibus permotum, qui magnopere Anacreontis carminibus fuerit delectatus, poetam invitavisse ad filium istum erudiendum: id certe conjicere possumus ex laceris et corruptis verbis, quae leguntur Orat. XXX. 3. * * * * * βασιλεὺς Σάμου μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς Ἑλληνικῆς ἁπάσης θαλάσσης, * * * μουσικῆς καὶ μελῶν ... τὸν πατέρα ἔπειθε συμπρᾶξαι αὐτῷ πρὸς * * * πεμψάμενος, δίδωσι τῷ παιδὶ τοῦτον τῆς ἐπιθυμίας διδάσκαλον * * * * * κὴν ἔμελλε πληρώσειν εὐχὴν τῷ πατρὶ Πολυκράτει πάντα * * * * ὃν τὸν Ἀχιλλέως τὸν Φοίνικα, ὁ διδάσκαλος ἔργων καὶ * * * * τὴν ἀρετὴν ἐπαίδευεν. Idem Himerius etiam Orat. V. 3. dicit Anacreontem, cum arcessitus esset a Polycrate, amore Xanthippi motum Samum se contulisse: Οὐδὲν ἐραστῇ παρ' ἐρωμένου βαρὺ καὶ δύσκολον· ἔσπευδε μὲν Ἀνακρέων εἰς Πολυκράτους στελλόμενος τὸν μέγαν Ξάνθιππον προςφθέγξασθαι. An forte Xanthippus iste Polycratis fuit filius? Sed vide quae de hoc loco infra dicentur ad Fr. LV. Anacreontem autem jam tum clarum fuisse ingenii laude verisimillimum est.

Sami autem apud Polycratem complures annos versatus est Anacreon, et familiarissimus fuit tyranno, quem ita consuetudine devinxerat, ut nemo ei esset gratior aut acceptior. Et illo potissimum tempore, quo Polycratis hospitio utebatur, videtur ingenium poetae laetissime effloruisse, ita ut summam famae celebritatem nancisceretur. Polycrate autem occiso Anacreontem non amplius Sami, ubi turbae gravissimae et luctuosissimae exortae sunt, versatum esse existimo; sed ab Hipparcho, qui et ingenii laude et litterarum amore insignis erat, Athenas arcessitus et in domum receptus est. (Plato in Hipparcho p. 228. D: Καὶ ἐπ' Ἀνακρέοντα τὸν Τήιον πεντηκόντορον στείλας ἐκόμισεν

εἰς τὴν πόλιν. Aelianus Var. Hist. L. VIII. c. 2: Καὶ ἐπ᾽ Ἀνακρέοντα δὲ τὸν Τήϊον πεντηκόντορον ἔστειλεν, ἵνα αὐτὸν πορεύσῃ ὡς αὐτόν.) Athenis autem Anacreon non solum Hipparchi, sed etiam aliorum virorum summorum familiaritate usus est. Verum Hipparcho interfecto non diutius Athenis commoratus esse videtur, sed reversus est, ut puto, Teum, quam quidem postea eo tempore, quo Jones et Histiaeus a Persarum rege defecerant, deseruit et tunc primum se contulit Abderam, ut conficio ex iis, quae apud Suidam leguntur in v. Ἀνακρέων Τήιος Λυρικός, Σκυθίνου υἱός· — γέγονε κατὰ Πολυκράτην τὸν Σάμου τύραννον Ὀλυμπιάδι νβ΄· οἱ δὲ ἐπὶ Κύρου καὶ Καμβύσου τάττουσιν αὐτὸν κατὰ τὴν κε Ὀλυμπιάδα. Ἐκπεσὼν δὲ Τέω διὰ τὴν Ἱστιαίου ἐπανάστασιν ᾤκησεν Ἄβδηρα ἐν Θρᾴκῃ· et v. Τέω· Ἀνακρέων Τήιος λυρικός, ὁ μελοποιός διὰ τὴν Ἱστιαίου ἐπανάστασιν ἐκπεσὼν Τέω ᾤκησεν Ἄβδηρα ἐν Θρᾴκῃ. Neque profecto quidquam causae est, cur Suidae fidem abrogemus. Teios autem participes fuisse illius defectionis apparet ex Herodoti verbis L. VI. 8, ubi inter naves Jonum quae pugnae navali adversus Persas interfuerint, etiam Teiorum recenset: Μυουσίων δὲ Τήιοι εἴχοντο ἑπτακαίδεκα νηυσί, Τηίων δὲ εἴχοντο Χῖοι ἑκατὸν νηυσί. Jonum autem potentia fracta et Histiaeo interfecto Teios quoque Persis poenas defectionis dedisse verisimillimum est, ut illo ipso tempore Anacreon coactus fuerit Abderam confugere. Sed eundem iterum Teum reversum esse, inde conjicias, quod in patria mortem obiisse et sepultus esse dicitur, ut est in Simonidis epigrammate in Anthologia Jacobsii T. I. p. 69. (Anthol. Palat. VII. 25. v. 1.):

Οὗτος Ἀνακρείοντα, τὸν ἄφθιτον εἵνεκα Μουσέων
Ὑμνοπόλον, πάτρης τύμβος ἔδεκτο Τέω.

Minus tribuerim Theocrito, qui statuam ejus Tei commemorat, in epigrammate XVI:

Θᾶσαι τὸν ἀνδρίαντα τοῦτον, ὦ ξένε,
Σπουδᾷ, καὶ λέγ' ἐπὰν ἐς οἶκον ἔλθῃς,
'Ανακρέοντος εἰκόν' εἶδον ἐν Τέῳ,
Τῶν πρόσθ' εἴτι περισσὸν ᾠδοποιῶν.

Atque Anacreontem saepius Teum reversum esse, cognoscimus etiam ex Hermesianactis versibus apud Athenaeum L. XIII. p. 598. C:

Καὶ γάρ τὴν ὁ μελιχρὸς ἐφωμίλησ' 'Ανακρείων
Στελλομένην πολλαῖς ἄμμιγα Λεσβιάσιν,
Φοίτα δ' ἄλλοτε μὲν λείπων Σάμον, ἄλλοτε δ' αὐτὴν
*Οἰνηρὴν δῆρι *) κεκλιμένην πατρίδα,*
Λέσβον ἐς εὔοινον.

Scripsit igitur Anacreon illud carmen aut cum Hipparcho interfecto Athenas relicturus, aut cum Abdera denuo Teum profecturus esset.

Fr. XXXIV.

Τίλλει τοὺς κυάμους ἀσπιδιώτης.

Hic versus servatus est apud auctorem Etymologi Magni p. 713. 7: *Σίλλοι ἐπίσκωμμα κατὰ τροπὴν*

*) Scripsi *δῆρι* pro librorum scriptura *δουρεν*, quod dictum est pro *δήρει* eodem modo, ut dicitur *νῆνι*, *μῆτι*, *Θέω*: conferas quae supra dixi ad Fr. XV. v. 5. nisi praeferas *δήρει*. Quamquam etiam sic iste versus corrigi poterit:

Οἰνηρὴν δ ο ύ ρ ε ι κεκλιμένην πατρίδα.

Ita *δόρει* Sophocli restitutum est ab Hermanno: Aristophanes in Pace v. 357:

'Ες Λύκειον κἀκ Λυκείου σὺν δόρει σὺν ἀσπίδι.

et in Vespis v. 1082:

Εὐθέως γὰρ ἐκδραμόντες σὺν δόρει σὺν ἀσπίδι.

imitatus ille quidem Sophoclem sive Achaeum in Momo (Soph. Fr. 374. b.):

Ἄρης ὁ λῃστὴς σὺν δόρει σὺν ἀσπίδι.

similiter *δόρη* dixit Theopompus comicus apud Pollucem L. VII. 158. et L. X. 143·

'Ελεφαντοκώπους ξιφομαχαίρας καὶ δόρη.

οὖ τ εἰς σ τίλλοι τινες· τίλλειν δὲ τὸ σκώπτειν, ὡς λέγει Ἀνακρέων· Τίλλει τοὺς κνύμους ἀσπιδιώτης· οἷον σκώπτει καὶ χλευάζει. Idem versus intelligendus est p. 403. 10. ubi haec leguntur: Ἴλλοι τὰ σκώμματα· οἷον τίλλοι τινες ὄντες, ὡς παρὰ Ἀνακρέοντι τίλλειν ἀντὶ τοῦ σκώπτειν. Conferas Orionem p. 148. 12: Σιλλοὶ τιλλοί τινες εἰσί· τίλλειν δὲ τὸ κόπτειν (σκώπτειν) ὡς λέγει Ἀνακρέων. Anacreontis versum respicit Hesychius: Τίλλει· — μέμφεται, διαβάλλει. Idem interpretatur Τιλλομένη· λοιδορουμένη.

Fr. XXXV.

Χήλινον ἄγγος
Ἔχον πυθμένας ἀγγειοσελίνων.

Haec servavit Pollux L. VII. 172: Χήλινον δὲ ἄγγος ἔχον πυθμένας ἐλειοσελίνων ὅταν εἴπῃ Ἀνακρέων τὸ τῶν σχοινίων πλέγμα δηλοῖ. Ita in Hemsterhusii editione legitur: codices nonnulli: ἐλείων (sive ἐλείουν) σελίνων scribunt: olim legebatur ἀγγελοσελίνων, codex autem Falkenburg. praebet: ἀγγεοσελίνων. Equidem scripsi ἀγγειοσελίνων: ut intelligatur genus apii, quod cum in vasis sereretur, inde nomen traxerit. Solebant autem veteres quasdam herbas in vasis alere, ut cognoscimus ex eo more, qui Adonidis festo obtinebat: conferas Julianum p. 329. ed. Spanhem: Ἀλλ᾽ ἢ τοὺς Ἀδώνιδος κήπους ὡς ἔργα ἡμῖν, ὦ Κωνστάντινε, ἑαυτοῦ προφέρεις; Τί δὲ εἶπεν οὓς λέγεις Ἀδώνιδος κήπους; αἱ γυναῖκες ἔφη τῷ τῆς Ἀφροδίτης ἀνδρὶ φυτεύουσιν ὀστρακίοις ἐπαμησάμεναι γῆν λαχανίαν· χλωρήσαντα δὲ ταῦτα πρὸς ὀλίγον αὐτίκα ἀπομαραίνεται. Similiter Scholiasta ad Theocriti Id. XV. v. 112. dicit: Εἰώθασι γὰρ ἐν ταῖς Ἀδωνίοις πυροὺς καὶ κριθὰς σπείρειν ἔν τισι ἀγγείοις καὶ τοὺς φυτευθέντας κήπους Ἀδωνίους προσαγορεύειν. Praeterea

autem delevi particulam δέ, quae post χῆλον in vulgo posita, et redegi haec in illud metrum, quod grammatici hendecasyllabum Anacreontium vocant: quod est in fragmento praecedente. Ceterum respicit hunc versus Hesychius s. v. Κεχήλωμαι· πόδας δέδεμαι, συν-ῥάμαι τοὺς πόδας· χηλεύειν γὰρ τὸ ῥάπτειν· καὶ χῆλον τὸ πλεκτόν, ὡς Ἀνακρέων· καὶ χήλευμα τὸ σπαρτίον Σοφοκλῆς Πανδώρᾳ ἢ Σφυροκόποις. Idem inferius: λινόν· πλεκτὸν dicit.

Fr. XXXVI.

Ἀσήμων ὑπὲρ ἑρμάτων φορεῦμαι.

Hic versus legitur apud Hesychium v. Ἕρμα· ἔρεισμα ἢ ἔργμα· ἢ τὸν πετρώδη καὶ ἐπικυματιζόμενον ὥστε μὴ βλέπειν, τόπον τῆς θαλάσσης· καὶ Ἀνακρέων·

Ἀσήμων
Ὑπὲρ ἑρμάτων φορεῦμαι.

Sic recte apud Hesychium scribitur: ita Aeschylus in Eumenidibus dixit v. 564:

Δι' αἰῶνος δὲ τὸν πρὶν ὄλβον
Ἕρματι προςβαλὼν Δίκας ὤλετ' ἄκλαυστος αἰστός.

idemque ἄφαντον ἕρμα dixit, prorsus ut Anacreon ἄσημον ἕρμα, in Agamemnone v. 1005:

Καὶ πότμος εὐθυπορῶν
Ἀνδρὸς ἔπαισεν * *
* ἄφαντον ἕρμα.

Anacreontis versum respicit Harpocration v. Ἑρμάς· ὕφαλος πέτρα. Ἀντιφῶν ἐν τῇ πρὸς Καλλίου ἐνδείξεως ἀπολογίᾳ. ἔστι τοὔνομα καὶ παρὰ Ἀνακρέοντι καὶ Γηρυτάδῃ Ἀριστοφάνους. Et Antiphon fortasse dixerit ἑρμάς: neque enim hanc verbi formam prorsus rejiciendam esse arbitror: nam ut χέρμα et χερμάς dicitur

idni etiam ἑρμάς pariter atque ἕρμα recte dictum erit? In codice tamen Mediceo legitur: Ἑρμάν. et : scribitur apud Photium p. 15. 1: Ἑρμάν, ὕφαλος τρα, Ἀντιφῶν καὶ Ἀνακρέων καὶ Ἀριστοφάνης. Con-ras etiam Zonaram p. 865. Apud Suidam T. I. 857. ed. Küster. scribitur: Ἑρμαῖος· ὕφαλος πέτρα· τιφῶν καὶ Ἀνακρέων καὶ Ἀριστοφάνης. Illam alteram rmam ἕρμα confirmat etiam auctor Etymologi M. 378. 54: Ἕρματα· τὰ πετρώδη τῆς θαλάσσης μέρη ὶ ὕφαλα· παρὰ τὸ εἶναι ἐρύματα καὶ κωλύματα τοῦ όσω πλεῖν. Dionysius apud Eustathium ad Iliad. XIV. v. 182: Διονύσιος δὲ λέγει καὶ ὅτι ἕρμα λέγεται ὶ ἡ ἐν θαλάσσῃ πέτρη. et alii grammatici. Etiam erodotus L. VII. c. 183. hac forma usus est: Τῶν δέκα νεῶν τῶν βαρβάρων τρεῖς ἐπήλασαν περὶ τὸ ἕρμα μεταξὺ ἐὸν Σκιάθου τε καὶ Μαγνησίης, καλεόμενον Μύρμηκα. ἐνθαῦτα οἱ βάρβαροι, ἐπειδὴ στήλην λίθου ἐθηκαν, κομίσαντες ἐπὶ τὸ ἕρμα et quae seq. Videtur item Anacreon hoc carmen composuisse inter navi-ndum. Neque vero haec ita constitui, ut ionici ersus essent, sed existimo hendecasyllabum esse, quo etri genere Anacreontem saepius usum esse, ita ut iambum admitteret ab initio, et incisionem eo ersus loco faceret, quo hic est, docent metrici. Te-ntianus Maurus c. 4. v. 2849:

Nunc divisio, quam loquemur edet
Metrum, quo memorant Anacreonta
Dulces composuisse cantilenas.
Hoc Petronius invenitur usus,
Musicum Lyricum refert eundem
Consonantia verba cantitasse:
Et plures alii: sed iste versus
Quali compositus tome sit edam:
Juverunt segetes meum laborem;
Juverunt caput est id hexametri,

Si cures reliquos pedes referre:
Juverunt animum versus ex carmine Flacci.
Quod restat, *segetes meum laborem*
Tale est, ceu: *Triplici vides ut ortu*
Triviae rotetur ignis,
Volucrique Phoebus axe
Rapidum pererret orbem.

et quae sequuntur. Jambum autem in basi ho habere docet idem v. 2556:

Verum mobilis hic locus frequenter
Non solum recipit, pedem, ut loquebar,
Spondeum, sed et aptus est Trochaeo,
Nec peccat pede natus in iambo.
Exemplis tribus hoc statim probabis,
Docti carmine quae legis Catulli.
Cui dono lepidum novum libellum:
Arido modo pumice expolitum:
Meas esse aliquid putare nugas.
Quos dixi modo, jam pedes videmus
Diversos capiti trium locatos:
Spondeon *cui do*, trochaeon *ari*;
Meas, quis neget hunc iambon esse?

Eos autem pedes admisisse Anacreontem quo cognoscimus ex Attilio Fortunatiano p. 2676: „N et hendecasyllabus, quem Phalaecium vocamus, a antiquos auctores solebat incipere alias a spon alias ab iambo, alias a trochaeo, ut apud Catullu

Arida modo pumice expolitum.

ab iambo:

Meas esse aliquid putare nugas.

quae omnia genera hendecasyllabi Catullus et Sap et Anacreonta et alios auctores secutus, non tanq vitiosa vitavit, sed tanquam legitima inseruit.“

Fr. XXXVII.

Πλεκτὰς δ' ὑποθυμίδας
Περὶ στήθεσι λωτίνας ἔθεντο.

Leguntur hi versus apud Athenaeum L. XV. 674 D: Ἐκάλουν δὲ καὶ οἷς περιεδέοντο τὸν τράχηλον φάνους ὑποθυμιάδας (ὑποθυμίδας) — καὶ Ἀνακρέων·

Πλεκτὰς δ' ὑποθυμίδας περὶ
Στήθεσι λωτίνας ἔθεντο.

edit. Cant. et Casaubon. legitur πλέκτας. In Codice male legitur στήθεσσιν. Recte deinde Dindorfius o librorum scriptura ὑποθυμιάδας scripsit ὑποθυμίδας: nc enim formam non solum hic metrum requirit, l etiam Alcaei et Sapphus versus apud Athenaeum o loco satis comprobant: Alcaeus enim sic dicit:

Ἀλλ' ἀνήττω μὲν περὶ ταῖσι δέῤῥαις
Περθέτω πλεκταὶς ὑποθυμίδας τις.

ıppho sic:

Κἀπαλαὶς ὑποθυμίδας
Πλεκτᾳς ἀμπ' ἁπαλᾷ δέρᾳ.

ınferas inprimis ea, quae apud Athenaeum leguntur XV. p. 678. C: Ἐπιθυμίς· Σέλευκός φησι· „τὰ πάντα εφανώματα." Τιμαχίδας δέ φησι τὰ παντοδαπὰ στεφαίματα, ἃ τὰς γυναῖκας φορεῖν, οὕτως καλεῖσθαι· ὑποʋμὶς δὲ καὶ ὑποθυμιάδες (scr. ὑποθυμίδες) στέφανοι ιρ' Αἰολεῦσι καὶ Ἴωσιν, οὓς περὶ τοὺς τραχήλους περιεθεντο, ὡς σαφῶς ἔστι μαθεῖν ἐκ τῆς Ἀλκαίου καὶ Ἀναιέοντος ποιήσεως· Φιλητᾶς δ' ἐν τοῖς ἀτάκτοις ὑποθυδας (sic recte codd. omnes, non ὑποθυμιάδας) Λεσους φησι καλεῖν μυρσίνης κλῶνα, περὶ ὃν πλέκειν ἴα καὶ λα ἄνθη. Huc adde Athenaei verba L. XV. p. 688. : Ἀλλὰ μὴν καὶ τοὺς στεφάνους τοὺς περικειμένους τῷ ήθει ὑποθυμιάδας (scr. ὑποθυμίδας) οἱ ποιηταὶ κεκλή-

κασιν ἀπὸ τῆς τῶν ἀνθῶν ἀναθυμιάσεως, οὐκ ἀπὸ τὴν ψυχὴν θυμὸν καλεῖσθαι, ὥς τινες ἀξιοῦσιν.

Anacreontis verba autem ita disposui, ut Glyconeus, pro basi anacrusin habens, et versus hendecasyllabus. Lyricos autem poetas hendecasyllabis solum continuis usos esse, sed eos aliis quoque suum generibus admiscuisse, docet Terentianus Maurus c. 4. v. 2545:

Quem nos hendecasyllabon solemus
Tanquam de numero vocare versum,
Tradunt Sapphicon esse nuncupandum.
Namque et jugiter usa saepe Sappho,
Dispersosque dedit subinde plures
Inter carmina disparis figurae.

Hic autem hendecasyllabus eam habet caesuram, qua Terentianus Maurus v. 2590. disserit:

At quae nunc pedibus duobus orta
Sermonem cohibet, nec exit ultra,
Sicut semipedem prior trahebat,
Conjungit sibi phallicos trochaeos,
Ut dixi modo, Bacche, Bacche, Bacche.
Tum versum videas sonare talem:
Pangunt carmina jam novem sorores:
Nam si quatuor his pedes duobus
Addas, hexameter profecto fiet.
Pangunt carmina tergeminae memoranda sorores.
Post hoc phallica de tribus trochaeis
Pars est cetera: *Jam novem sorores.*

Ut autem hic Glyconeus et hendecasyllabus conjun est, ita etiam Pindarus eadem metra, sed copul in unum versum, usurpavit in Olympico carmine in cujusque strophae versu secundo:

Φωνᾶεν Ὀλυμπίᾳ, καλλίνικος ὁ τρίπλοος κεχλαδώς.

Iidem numeri etiam in tragicorum poetarum carm bus lyricis saepenumero conjunguntur: conferas dixit Hermannus in Element. p. 562. seq.

Fr. XXXVIII.

Σὲ γάρ φη
Ταργήλιος ἐμμελέως
Δισκεῖν.

Haec leguntur apud Apollonium de Syntaxi L. III. 15. p. 238. ed. Bekker: *Καὶ δὴ παρείπετο τῷ χρῶ* ιαγωγὴ τοῦ χρῆμι, ὡς φημί, ἀφ' οὗ τρίτον πρόσωπον σιν, ὡς φησίν· ἐξ οὗ τὸ χρὴ ἐν ἀποκόπῃ ἀπετελεῖτο ιίως τῷ παρ' Ἀνακρέοντι·

Σὲ γάρ φη ταργήλιος ἐμμελέως δισκεῖν.

quod in vulgaribus editionibus et in multis codi-us omissum est, adjecit Bekkerus ex cod. A. Idem ipsit ἐμμελέως: in codice A. legitur ἐμμελως, littera st λ erasa: in reliquis codd. sicut vulgo, ἐμμελῶς. eodem codice A. ante δισκεῖν fuit vox erasa desinens in ειν. Partem fragmenti repetit idem Apollonius adverbiis in Bekkeri Anecd. T. II. p. 543. 7: *Καὶ ὑπομνήσεος τὸ τοιοῦτον δεῖ παραλαβεῖν, ὅτι παραγωγή ἐστιν ἡ τοῦ χρῆμι, ἧς τὸ τρίτον πρόσωπόν ἐστι χρῆσι, θότι καὶ παρὰ τὸ φημί, φησί, καὶ ὃν τρόπον παρὰ ιακρέοντι τὸ φησὶν ἀποκοπὲν φὴ ἐγένετο, σὲ γάρ φη ιργήλιος. τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸ χρῆσι χρὴ ἐγένετο τοκοπέν.* Eadem leguntur etiam in scholiasta ad Homeri Iliad. L. V. v. 256: *Ὡς τό· σὲ γάρ φη ταργήλιος παρὰ Ἀνακρέοντι.* Ita autem haec constitui, esset idem metrum, quod in fragmento praecedente stitui, ubi Glyconeum cum hendecasyllabo copulatum se vidimus. Idem illud φὴ pro φησὶ verissime Seidrus restituit Alcaeo:

Αἰ γάρ κ' ἄλλοθεν ἔλθῃ, ὁ δέ φη κήνοθεν ἔμμεναι.

pud Herodianum in libello περὶ μονήρ. λέξ. p. 27. qui uno versum servavit, scribitur: *Αἰ γάρ κ' ἄλλοθεν*

ἔλθη δὲ φοικήνοθεν ἔμμεναι. Ταργήλιος autem scrip[...] littera majore, ut nomen viri esset: Jonum aute[m] more littera aspera in leniorem mutata pro Θαργήλ[...] dixit poeta Ταργήλιος. Simile est mulieris nom[en] Θαργηλία, quod meretrici Jonicae fuisse cognoscim[us] ex Plutarcho in vit. Pericl. c. 24: Φασὶ δ' αὐτ[ὴν] (Aspasiam) Θαργηλίαν τινὰ τῶν παλαιῶν Ἰάδων ζηλ[ώ]σασαν, ἐπιθέσθαι τοῖς δυνατωτάτοις ἀνδράσι· καὶ γὰρ [ἡ] Θαργηλία, τό τ' εἶδος εὐπρεπὴς γενομένη καὶ χάριν ἔχου[σα] μετὰ δεινότητος πλείστοις μὲν Ἑλλήνων συνῴκησεν ἀνδρ[ά]σι, πάντας δὲ προςεποίησε βασιλεῖ τοὺς πλησιάσαντας αὐ[τῇ], καὶ ταῖς πόλεσι μηδισμοῦ δι' ἐκείνων ὑπέσπειρεν ἀρχ[άς], δυνατωτάτων ὄντων καὶ μεγίστων. Pro ἐμμελέως autem fortasse scribendum est ἐμμενέως; quod interpretat[ur] Hesychius: Ἐμμενέως· προθυμουμένως, ἐῤῥωμένως. Se[d] quod ibidem legitur: Ἐμμελῶς· προθύμως, ἐῤῥωμέν[ως], συνετῶς. id sic corrigendum videtur: Ἐμμενῶς· π[ρο]θύμως, ἐῤῥωμένως, συνεχῶς.

Fr. XXXIX.

Ὁ Μεγίστης δ' ὁ φιλόφρων δέκα δ[ὴ]
μῆνες, ἐπεί τε
Στεφανοῦταί τε λύγῳ καὶ τρύγα πίν[ει]
μελιηδέα.

Servavit hos versus Athenaeus L. XV. p. 671 E: Καὶ διὰ τί παρὰ τῷ αὐτῷ ποιητῇ (Ἀνακρέοντι) λύγ[ῳ] τινὲς στεφανοῦνται; φησὶ γὰρ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν μελῶν·

> Μεγίσθης δ' ὁ φιλόφρων δέκα δὴ μῆνες, ἐπειδὴ
> Στεφανοῦταί τε λύγῳ καὶ τρύγα πίνει μελιηδέα.

Ὁ γὰρ τῆς λύγου στέφανος ἄτοπος· πρὸς δεσμοὺς γὰρ κ[αὶ]

'μεινα ἡ λύγος ἐπιτήδειος· εἰπὲ οὖν ἡμῖν τι περὶ τούτων ϳσεως ἀξίων ὄντων καὶ μὴ ὀνόματα θήρα, φιλότης.

Scripsi autem Μεγίστης ex codice B. pro vulgato ·ίσθης: haec enim scribendi ratio praeferenda vide- apud poetam Jonicum; atque apud alios scriptores que Μεγίστης per τ non per θ scribitur. Sed de pulcro puero dicetur infra ad Fr. LXXVIII. Ad- i autem articulum cum Gaisfordio ad Hephaestionem 327. Deinde pro vulgata lectione ἐπειδὴ edidi ἐπεί ex codicibus A. et P: in cod. B. scribitur: ἐπεί τ' ϶φανοῦνται. Illud ἐπεί τε frequentissimum est Jonibus, apud Herodotum L. V. c. 18: Ἐπεί τε δὲ ὑμεῖς ἐόντες πόται προσχρήζετε τούτων, παρέσται ὑμῖν καὶ ταῦτα· paulo inferius: Αἱ δὲ ἐπεί τε καλεόμεναι ἦλθον, ἐπεξῆς ἴαι ἵζοντο τοῖσι Πέρσῃσι. L. IX. c. 84: Ἐπεί τε δὲ ᾳδονίου δευτέρῃ ἡμέρῃ ὁ νεκρὸς ἠφάνιστο, ὑπ' ὅτευ μὲν θρώπων, τὸ ἀτρεκὲς οὐκ ἔχω εἰπεῖν. aliisque in locis.

Versu secundo in Codice P. scribitur στεφανοῦν- ι: sed recte in eodem legitur: τε λύγῳ: vulgo im edebatur τῇ λύγῳ, nisi quod in cod. B. articulus iissus est.

Iisdem versibus rursus utitur Athenaeus in eodem ro p. 673. D: Ὁ γοῦν Ἀνακρέων φησί· Μεγίσθης od. B: Μεγίστης) δ' (hoc omissum est in cod. P.) ὁ λόφρων δέκα δὴ μῆνες, ἐπειδὴ Στεφανοῦται τῇ λύγῳ ic omnes codd. ut videtur:) καὶ τρύγα πίνει μελιηδέα. ısdem versus respexit Athenaeus ibidem p. 674. A: ύναται δὲ τις λέγειν περὶ τῆς λύγου ἁπλούστερον, ὅτι ὁ εγίσθης (Cod. B: Μεγίστης) τῇ λύγῳ ἐστεφανοῦτο, ὡς φακειμένης ἐκ τοῦ δαψιλοῦς ἐν ᾧ ευωχεῖτο τόπῳ, συν- ως ἕνεκα τῶν κροτάφων. et Pollux L. VI. p. 107: ακρέων δὲ καὶ μύρτοις στεφανοῦσθαί φησιν καὶ κοριάν- ῳ καὶ λύγῳ (sic enim scribendum est pro libro- m lectione αὐτῷ) καὶ Ναυκρατίτῃ στεφάνῳ. Multum

autem veteres grammatici, qui Anacreontis carmi[na] interpretati sunt, dubitaverant, quaenam corona i[llic] esset intelligenda: et Aristarchus quidem atque Te[-]narus plane nihil attulerunt, quo rem obscuram e[x]planarent, ut cognoscimus ex Athenaeo L. XV. p. 67[1] F: Σιωπῶντος δ' αὐτοῦ καὶ ἀναζητεῖν προςποιουμένου Δημόκριτος ἔφη, Ἀρίσταρχος ὁ γραμματικώτατος, [...] ἐξηγούμενος τὸ χωρίον ἔφη ὅτι καὶ λύγοις ἐστεφανο[ῦντο] οἱ ἀρχαῖοι. Τέναρος δὲ ἀγροίκων εἶναι λέγει στεφάν[ωσιν] τὴν λύγον· καὶ οἱ ἄλλοι γε ἐξηγηταὶ ἀπροσδιόνυσά [τινα] εἰρήκασι περὶ τοῦ προκειμένου. Docte deinde at[que] accurate Athenaeus (p. 672 et p. 673.) exponit, [ex] Menodoti Samii libro, qui inscriptus erat: Τῶν [κατὰ] τὴν Σάμον ἐνδόξων ἀναγραφή, Samios more antiquo [a] a Caribus primis insulae incolis recepto solitos e[sse] caput vitice inter mensam coronare, quem more[m] usque ad Polycratis tempora viguisse dicit p. 67[2] D: Συνέβη δὲ τὴν τῆς λύγου στεφάνωσιν καὶ μέχρι τ[ῶν] κατὰ Πολυκράτην χρόνων, ὡς ἄν τις εἰκάσειε, τῇ [...] συνηθεστέραν ὑπάρχειν. Praeter Anacreontis versus eti[am] Nicaeneti Samii poetae epigramma adscripsit, in q[uo] viticea corona antiqua et Carica appellatur:

Οὐκ ἐθέλω, Φιλόθηρε, κατὰ πτόλιν, ἀλλὰ παρ' Ἥ[ρῃ]
Δαίνυσθαι ζεφύρου πνεύμασι τερπόμενος.
Ἀρκεῖ μοι λιτὴ μὲν ὑπὸ πλευροῖσι χαμεύνα·
Ἐγγύθι γὰρ προμάλου δέμνιον ἐνδαπίης,
Καὶ λύγος, ἀρχαῖον Καρῶν στέφος· ἀλλὰ φερέσθω
Οἶνος καὶ Μουσῶν ἡ χαρίεσσα λύρη,
Θυμῆρες πίνοντες; ὅπως Διὸς εὐκλέα νύμφην
Μέλπωμεν, νήσου δεσπότιν ἡμετέρης.

Quamquam vitice etiam alibi utebantur ad coronan[-]dum: sic quod in Scholiasta Euripidis ad Hippoly[t.] v. 73. legitur: Ὁ δὲ Φιλόχορος τὴν ἐν Ἄγρας Ἀρτέμ[ιδι] τῷ μὲν λόγῳ στέφεσθαί φησιν. id non mutandum era[t] in λωτῷ, sed in λύγῳ. De eadem re Hephaesti[on]

ɔque quaesiverat et ediderat librum, quem inscripsit: ϰὶ τοῦ παρ᾽ Ἀνακρέοντι λυγίνου στεφάνου, sed mala ade surripuerat ea, quae ipse Athenaeus sollertisse invenerat: vide quae Athenaeus p. 673. E. et 674. A. dicit, graviter Hephaestionis impudentiam ɪgitans.

Fr. XL.

Καθαρῇ δ᾽ ἐν κελέβῃ πέντε τε καὶ
τρεῖς ἀναχείσθων.

Hic versus legitur apud Athenaeum L. X. p. 430. : Ὁ δ᾽ Ἀνακρέων ἔτι ζωρότερον, ἐν οἷς φησι· Καθαρῇ ἐν κ. Pro vulgata scriptura: πέντε καὶ τρεῖς recte ındorfius edidit: πέντε τε καὶ τρεῖς. Deinde ἀναχεῖσ-ν, quod ferri non potest, mutavi in ἀναχείσθων. ·o τρεῖς non recte in codice A. scribitur: τρίς. Poscit tem Anacreon, ut quinque cyathi aquae et tres vini yathus autem certum quoddam genus mensurae fuit) fundantur. Alibi duas partes aquae cum una vini ımmisceri jubet, ut est in Fr. LXII. v. 1:

Ἄγε δὴ φέρ᾽ ἡμίν, ὦ παῖ
Κελέβην, ὅκως ἄμυστιν
Προπίω, τὰ μὲν δέκ᾽ ἐγχέας
Ὕδατος, τὰ πέντε δ᾽ οἴνου
Κυάθους.

t eodem modo intelligendum est, quod legitur Fr. .XIX:

Ὠινοχόει δ᾽ ἀμφίπολος μελιχρὸν
Οἶνον, τρικύαθον κελέβην ἔχουσα.

Fr. XLI.

Πολιοὶ μὲν ἡμὶν ἤδη κρόταφοι κά
τε λευκόν,
Χαρίεσσα δ' οὐκέθ' ἥβη πάρα, γη
λεοι δ' ὀδόντες,
Γλυκεροῦ δ' οὐκέτι πολλὸς βιότου χρ
νος λέλειπται.
Διὰ ταῦτ' ἀνασταλύζω θαμά, Τάρτ
ρον δεδοικώς·
Ἀΐδεω γάρ ἐστι δεινὸς μυχός, ἀργαλ
δ' ἐς αὐτὸν
Κάθοδος· καὶ γὰρ ἕτοιμον καταβά
μὴ ἀναβῆναι.

Hoc carmen (integrum tamen an sit, valde d bito,) legitur apud Stobaeum CXVIII. 13. T. I p. 394. ed. Lips. Sic autem disposui, ut tetram ionici constituerentur, cum vulgo in dimetros pessi divisum esset: quod cur fecerim, ii, qui harum rer periti sunt, facile intelligent.

Versu primo *ἡμὶν* Stephanus scripsit pro *ἡμ* *κάρη* in codice A. legitur, vulgo *κάρα* scribebatur.

Versu quarto *ἀνασταλύζω*, quod verbum apud Ar nium scribitur *ἀνασταλίζω*, male ab hominibus doctis te tatum, satis firmant Hesychii quamvis corruptae glos hae: *Ἀσταλύχειν* (scripsisse videtur *ἀσταλύζειν*·) *ἀναβλύ* *κλαίειν*. *Ἀστυλάζει· λυπεῖ μετὰ κλαυθμοῦ*: hic quoq scribendum esse puto: *ἀσταλύζει*. et *Νεοστάλυγες*, *κλαυθμυρισμένοι παῖδες προσφάτως, νεόδακρυτοι*. Na pro *ἀσταλύζειν* etiam *σταλύζειν* in usu fuisse videtu

dicitur ἀσπαίρω et σπαίρω, ἀσκαρίζω et σκαρίζω, et ilia non pauca.

Fr. XLII.

Ἐμὲ γὰρ λόγων ἐμῶν εἵνεκα παῖδες ἂν
φιλοῖεν·
Χαρίεντα μὲν γὰρ ᾄδω, χαρίεντα δ'
οἶδα λέξαι.

Leguntur hi versus apud Maximum Tyrium VIII. 96. ed. Davis minor. (XXIV. p. 297. ed. maj.) δὲ τοῦ Τηίου σοφιστοῦ τέχνη τοῦ αὐτοῦ ἤθους καὶ ὅπου· καὶ γὰρ πάντων ἐρᾷ τῶν καλῶν καὶ ἐπαινεῖ ὄντας· μεστὰ δὲ αὐτοῦ τὰ ᾄσματα τῆς Σμέρδιος κόμης ὶ τῶν Κλεοβούλου ὀφθαλμῶν καὶ τῆς Βαθύλλου ὥρας· λὰ κἂν τούτοις τὴν σωφροσύνην ὅρα· — ἤδη δέ που ὶ τὴν τέχνην ἀπεκαλύψατο· Ἐμὲ γὰρ λόγων εἵνεκα παῖς ἂν φιλοῖεν· χαρίεντα μὲν γὰρ διδῷ, χαρίεντα δ' οἶδα ξαι. Revocavi haec Anacreontis verba ad numerum nicorum tetrametrorum, et post λόγων adjeci ἐμῶν, ιod cum a metro requiratur, tum ipsi sententiae ccomodatissimum est. Pro διδῷ autem cum Valkeario ad Euripidis Phoenissas v. 1400. restitui ᾄδω.

Fr. XLIII.

Ἔραμαι δέ τοι συνηβᾶν· χαριτεῦν ἔχεις
γὰρ ἦθος.

Haec leguntur apud Maximum Tyrium eodem oco, quem modo memoravi: Ἀλλὰ κἂν τούτοις τὴν ωφροσύνην ὅρα· Ἔραμαί τοι συνηβᾷν· χάριεν γὰρ ἔχεις θος. Hic quoque numeri ionici aperta sunt vestigia:

redegi igitur haec verba in tetrametrum, ita quidem ut post ἔραμαι insererem particulam δέ, pro χαρί autem restituerem, χαριτεῦν, more Jonum contractum ex χαριτόεν· Anacreontem autem χαριτόεις pro χαρί dixisse cognoscimus ex Herodiani libello περὶ μον. λέξ. p. 14. 21: Ὁ μέν τοι Ἀνακρέων καὶ χαριτόεις ἀποδοὺς τὸ ἐντελὲς τῇ λέξει. Denique γὰρ colloca post ἔχεις.

Fr. XLIV.

Ἀστραγάλαι δ' Ἔρωτός εἰσιν μανί
τε καὶ κύδοιμοι.

Hic versus legitur apud Scholiastam ad Home Iliad. ψ. v. 88: Αἱ πλείους τῶν κατ' ἄνδρα, ἀμφ' ἀστρα γάλῃσιν ἐρύσας· καί ἐστιν Ἰωνικώτερον· Ἀστραγάλαι Ἔρωτός εἰσι μανίαι τε καὶ κυδοίμοιο. Ἀνακρέων. Ita editione Bekkeri legitur. Etiam grammaticus in Bekk Anecdotis T. I. p. 454. 22. ἀστραγάλη formam ionica esse dicit: Ἀστράγαλος· κυρίως τὸ συνήθως λεγόμεν καὶ ὁ σφόνδυλος τοῦ τραχήλου καὶ ὁ πεττικός· καὶ βοτ δὲ οὕτω καλεῖται. ἀστραγάλους δὲ οἱ Ἀττικοί· τὸ γὰρ θη λυκὸν Ἰακόν· καὶ παρ' Ὁμήρῳ τινὲς θηλυκῶς, οἷον·

Νήπιος οὐκ ἐθέλων, ἀμφ' ἀστραγάλοισι χολωθείς.

Scripsi autem εἰσὶν pro εἰσί, et κύδοιμοι pro κυδοίμο ut etiam alii viderunt: versus enim videtur tetrametr ionicus esse praemissa anacrusi. Existimabant autem veteres Amorem, ut puerum, talis ludere: ita Venu apud Apollonium Rhodium L. III. v. 115. filium una cum Ganymede tesserarum ludo tempus fallentem reperit:

Εὗρε δὲ τόν γ' ἀπάνευθε Διὸς θαλερῇ ἐν ἀλωῇ,
Οὐκ οἶον, μετὰ καὶ Γανυμήδεα, τόν ῥα ποτὲ Ζεὺς
Οὐρανῷ ἐγκατένασσεν ἐφέστιον ἀθανάτοισιν
Κάλλεος ἱμερθείς· ἀμφ' ἀστραγάλοισι δὲ τώγε

ocet Maximus Tyrius X. p. 110. ed min. Davis. XXVI. p. 309. ed. maj.): Σμερδίης Θρᾷξ ὑπὸ Ἑλλήνων κάλλους μειράκιον βασιλικοῦ, ὀφθῆναι γαῦρον, ἐκομίσθη δῶρον τυράννῳ Ἴωνι, Πολυκράτει τῷ Σαμίῳ. Ὁ δὲ ἥσθη τῷ δώρῳ καὶ ἐρᾷ Πολυκράτης Σμερδίου καὶ αὐτῷ συνερᾷ ὁ Τήιος ποιητὴς Ἀνακρέων· καὶ Σμερδίης παρὰ μὲν Πολυκράτους ἔλαβε χρυσὸν καὶ ἄργυρον καὶ ὅσα εἰκὸς μειράκιον καλὸν παρὰ τυράννου ἐρῶντος· παρὰ δὲ Ἀνακρέοντος ᾠδὰς καὶ ἐπαίνους καὶ ὅσα εἰκὸς ἦν παρὰ ποιητοῦ ἐραστοῦ. idem XIX. p. 192. ed. min. Dav. (XXXV. p. 411. ed. maj.): Πολυκράτην μὲν γὰρ οὐδὲ τὸ ἐξ Αἰγύπτου νουθέτημα ἔπεισε μὴ φρονεῖν μέγα ἐπὶ εὐδαιμονίᾳ, ὅτι ἐκέκτητο θάλατταν Ἰωνικὴν καὶ τριήρεις πολλὰς καὶ σφενδόνην καλὴν, καὶ Ἀνακρέοντα ἑταῖρον καὶ παιδικὰ Σμερδίην. Quantopere autem Anacreon Smerdiae amore incensus fuerit, docet Dioscorides in epigrammate in Anacreontem in Jacobsii Anthologia T. I. p. 250. (Anthol. Pal. VII. 31. v. 1.):

Σμερδίῃ ὦ ἐπὶ Θρῃκὶ τακεὶς καὶ ἐς ἔσχατον ὀστεῦν
Κώμου καὶ πάσης κοίρανε παννυχίδος.

et Simonides de eodem Anacreonte in Jacobsii Anthologia T. I. p. 69. (Anthol. Pal. VII. 25. 5.):

Μοῦνος δ' εἰν Ἀχέροντι βαρύνεται, οὐχ ὅτι λείπων
Ἠέλιον Λήθης ἐνθάδ' ἔκυρσε δόμων,
Ἀλλ' ὅτι τὸν χαρίεντα μετ' ἠιθέοισι Μεγιστέα
Καὶ τὸν Σμερδίεω Θρῇκα λέλοιπε πόθον.

et Antipater in Jacobsii Anthologia T. II. p. 27. (Anthol. Pal. VII. 27. v. 3.):

Εὕδει καὶ Σμέρδις, τὸ Πόθων ἔαρ, ᾧ σὺ μελίζων
Βάρβιτ' ἀνεκρούου νέκταρ ἐναρμόνιον.

Sed Polycrates, non ferens aequo animo aemulum, puero illi pulcro crines detonderi jussit. Id facinus tangit Athenaeus L. XII. p. 540. E: Ἐκ πάντων οὖν τούτων ἄξιον θαυμάζειν τὸν τύραννον, ὅτι οὐδαμόθεν

λόγος, τῷ παιδὶ μεμφόμενος, ὅτι τῆς κόμης ἀπεκείρ[illegible]
λέγων ταῦτα·

> Ἀπέκειρας δ' ἁπαλῆς
> Κόμης ἄμωμον ἄνθος.

Conjunxi haec in unum versum: idem enim pro[illegible] metrum est atque in illis versibus, quos modo [illegible] scripsi: quos jure mihi videor pro exordio hu[illegible] ipsius carminis habuisse. Quo enim modo Anacre[illegible] melius suum et dolorem et amorem in Smerdi[illegible] cujus caesariem Polycrates prae invidia detonderi j[illegible] serat, potuit significare, quam isto exordio?

> Μεγάλῳ δηὖτέ μ' Ἔρως ἔκοψεν ὥστε χαλκεὺς
> Πελέκει, χειμερίῃ δ' ἔλουσεν ἐν χαράδρῃ.

Callide autem Anacreon non Polycratem, virum pote[illegible] tissimum, auctorem hujus facinoris, incusat, sed ipsu[illegible] Smerdien, qui nihil tale commeruerat, reprehen[illegible] Smerdies ille Thrax fuit, puer eximia venustate, [illegible] praecipue comae pulcritudine excellens. Maximus Ty[illegible] rius XXI. p. 218. ed. Davis. min. (XXXII. p. [illegible] ed. maj.): Οὕτω καὶ Ἀνακρέων Σαμίοις Πολυκράτη [illegible] ρωσε, κεράσας τῇ τυραννίδι ἔρωτα Κλεοβούλου καὶ Σμ[illegible] δίου κόμην (si recte satis illum locum emendavi:) [illegible] αὐλοὺς Βαθύλλου καὶ ᾠδὴν Ἰωνικήν. idem VIII. p. [illegible] ed. min. (XXIV. p. 297. ed. maj.): Ἡ δὲ τοῦ Τ[illegible] σοφιστοῦ τέχνη τοῦ αὐτοῦ ἤθους καὶ τρόπου· καὶ [illegible] πάντων ἐρᾷ τῶν καλῶν καὶ ἐπαινεῖ πάντας, μεστὰ [illegible] αὐτοῦ τὰ ᾄσματα τῆς Σμέρδιος κόμης καὶ τῶν Κλεοβούλ[illegible] ὀφθαλμῶν καὶ τῆς Βαθύλλου ὥρας. Antipater in epi[illegible] grammate in Anacreontem in Jacobsii Anthologia T. I[illegible] p. 26. (Anthol. Palat. VII. 27. 5.):

> Ἠὲ πρὸς Εὐρυπύλην τετραμμένος ἠὲ Μεγίστην,
> Ἢ Κίκονα Θρηκὸς Σμερδίεω πλόκαμον.

Is autem cum Polycrati muneri esset datus, mutu[illegible] amore et ab illo et ab Anacreonte expetebatur, [illegible]

ita: integer enim trochaeus requirebatur: nam est ec particula versus ex illo ipso carmine, e quo isti sus, quos modo adscripsi, petiti sunt. Smerdies tem Thrax fuit, ut docet Maximus Tyrius X. 110. ed. minor. Dav. (XXVI. p. 309. ed. major.) ερδίης Θρᾷξ ὑπὸ Ἑλλήνων κάλλους βασιλικοῦ μειράκιον, θῆναι γαῦρον, ἐκομίσθη δῶρον τυράννῳ Ἴωνι Πολυκράτει. et poetae illi, qui epigrammata in Anacreontem ipserunt, quorum verba modo memoravi, ut Simonides in Anthologia Jacobsii T. I. p. 69. (Anthol. lat. VII. 25. 8.):

Καὶ τὸν Σμερδίεω Θρῆκα λέλοιπε πόθον.

tipater in Anthologia Jacobsii T. II. p. 26. (Anthol. lat. VII. 27. v. 6.):

Ἢ Κίκονα Θρηκὸς Σμερδίεω πλόκαμον.

scorides ibidem T. I. p. 250. (Anthol. Palat. VII. , v. 1.):

Σμερδίῃ ὦ ἐπὶ Θρῃκὶ τακεὶς καὶ ἐπ' ἔσχατον ὀστεῦν.

Fr. XLVIII.

Ἀπό μοι θανεῖν γένοιτ'· οὐ γὰρ ἂν ἄλλη
Λύσις ἐκ πόνων γένοιτ' οὐδαμὰ τῶνδε.

Hi versus leguntur apud Hephaestionem p. 69. Gaisf. Τῶν δὲ τριμέτρων τὸ μὲν ἀκατάληκτον·

Ζαελεξάμαν ὄναρ Κυπρογενήᾳ

καὶ τῇ Σαπφοῖ· παρὰ δὲ τῷ Ἀνακρέοντι ἑτέρως ἐσχημάτισται· Ἀπό μοι θανεῖν γ.

ἀναγέγραπται γυναῖκας ἢ παῖδας μεταπεμψάμενος, καίτοι περὶ τὰς τῶν ἀῤῥένων ὁμιλίας ἐπτοημένος, ὡς καὶ ἀντερᾶν Ἀνακρέοντι τῷ ποιητῇ· ὅτε καὶ δι' ὀργὴν ἀπέκειρε τὸν ἐρώμενον. Totam rem ordine retulit Aelianus in Var. Histor. L. IX. 4: Πολυκράτης ὁ Σάμιος ἐν Μούσαις ἦν καὶ Ἀνακρέοντα ἐτίμα τὸν Τήιον καὶ διὰ σπουδῆς ἦγε καὶ ἔχαιρεν αὐτῷ καὶ τοῖς ἐκείνου μέλεσιν· οὐκ ἐπαινῶ δὲ αὐτοῦ τὴν τρυφήν· Ἀνακρέων ἐπῄνεσε Σμερδίην θερμότερον, τὰ παιδικὰ Πολυκράτους· εἶτα ἥσθη τὸ μειράκιον τῷ ἐπαίνῳ καὶ τὸν Ἀνακρέοντα ἠσπάζετο σεμνῶς, ἐ μάλα ἐρῶντα τῆς ψυχῆς, ἀλλ' οὐ τοῦ σώματος. μὴ γάρ τις ἡμῖν διαβαλλέτω πρὸς θεῶν τὸν ποιητὴν τὸν Τήιον, μηδ' ἀκόλαστον εἶναι λεγέτω. Ἐζηλοτύπησε δὲ Πολυκράτης, ὅτι τὸν Σμερδίην ἐτίμησε καὶ ἑώρα τὸν ποιητὴν ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἀντιφιλούμενον. Καὶ ἀπέκειρε τὸν παῖδα Πολυκράτης, ἐκεῖνον μὲν αἰσχύνων, οἰόμενος δὲ λυπεῖν Ἀνακρέοντα. Ὁ δὲ οὐ προσεποιήσατο αἰτιᾶσθαι τὸν Πολυκράτη σωφρόνως καὶ ἐγκρατῶς· μετήγαγε δὲ τὸ ἔγκλημα ἐπὶ τὸ μειράκιον, ἐν οἷς ἐπεκάλει τόλμαν αὐτῷ καὶ ἀμαθίαν, ὁπλισαμένῳ κατὰ τῶν ἑαυτοῦ τριχῶν. Τὸ δὲ ᾆσμα τὸ ἐπὶ τῷ πάθει τῆς κόμης Ἀνακρέων ᾀδέτω· ἐμοῦ γὰρ αὐτὸς ἄμεινον ᾄσεται. Hujus ipsius carminis, de quo loquitur Aelianus, hae sunt reliquiae. Ceterum poeta Smerdien etiam supra Fr. VI. notavit:

Ἀλλ' ὦ τρὶς κεκορημένε
Σμερδίη.

Fr. XLVII.

Θρῃκίην σίοντα χαίτην.

Haec verba leguntur in Etymol. Magno p. 714. 38: Ἔστι γὰρ καὶ σίω διὰ τοῦ ῖ, ᾧ κέχρηται Ἀνακρέων, οἷον Θρηικίην σίοντα χαίτην. Scripsi Θρῃκίην pro Θρηικίην. Σίοντα autem Anacreon pro σείοντα dixit metri

ita: integer enim trochaeus requirebatur: nam est ec particula versus ex illo ipso carmine, e quo isti sus, quos modo adscripsi, petiti sunt. Smerdies tem Thrax fuit, ut docet Maximus Tyrius X. 110. ed. minor. Dav. (XXVI. p. 309. ed. major.) ερδίης Θρᾷξ ὑπὸ Ἑλλήνων κάλλους βασιλικοῦ μειράκιον, θῆναι γαῦρον, ἐκομίσθη δῶρον τυράννῳ Ἴωνι Πολυκράτει. et poetae illi, qui epigrammata in Anacreontem ipserunt, quorum verba modo memoravi, ut Simonides in Anthologia Jacobsii T. I. p. 69. (Anthol. lat. VII. 25. 8.):

Καὶ τὸν Σμερδίεω Θρῆκα λέλοιπε πόθον.

tipater in Anthologia Jacobsii T. II. p. 26. (Anthol. lat. VII. 27. v. 6.):

Ἢ Κίκονα Θρηκὸς Σμερδίεω πλόκαμον.

scorides ibidem T. I. p. 250. (Anthol. Palat. VII. v. 1.):

Σμερδίῃ ὦ ἐπὶ Θρῃκὶ τακεὶς καὶ ἐπ' ἔσχατον ὀστεῦν.

Fr. XLVIII.

Ἀπό μοι θανεῖν γένοιτ'· οὐ γὰρ ἂν ἄλλη
Λύσις ἐκ πόνων γένοιτ' οὐδαμὰ τῶνδε.

Hi versus leguntur apud Hephaestionem p. 69. Gaisf. Τῶν δὲ τριμέτρων τὸ μὲν ἀκατάληκτον·

Ζαελεξάμαν ὄναρ Κυπρογενήᾳ.

ρὰ τῇ Σαπφοῖ· παρὰ δὲ τῷ Ἀνακρέοντι ἑτέρως ἐσχηματισται· Ἀπό μοι θανεῖν γ.

Fr. XLIX.

Ἀγανῶς οἷά τε νεβρὸν νεοθηλέα
Γαλαθηνόν, ὅστ᾽ ἐν ὕλῃς κεροέσσ
Ἀπολειφθεὶς ὑπὸ μητρὸς ἐπτοήθη.

Leguntur hi versus apud Athenaeum L.
p. 396. D. ubi de voce *γαλαθηνός* disserit: *Καὶ*
κρέων δέ φησιν·

Οἷά τε νεβρὸν
Νεοθηλέα γαλαθηνόν, ὅστ᾽ ἐν ὕλῃ κεροέσσης
Ἀπολειφθεὶς ἀπὸ μητρὸς ἐπτοήθη.

Pro *νεοθηλέα* in cod. B. legitur *νεοθαλέα.* Pro
ροέσσης in codd. A. et B. *καιρόσσης*, in P. *κερό*
Aelianus Hist. Anim. L. VII. 39: *Ὅσοι λέγουσι*
ἔλαφον τὰ κέρατα οὐ φύειν, οὐκ αἰδοῦνται τοὺς τοῦ
τίου μάρτυρας — καὶ Ἀνακρέων ἐπὶ θηλείας φησίν·

Οἷά τε νεβρὸν
Νεοθηλέα, γαλαθηνόν,
Ὅστ᾽ ἐν ὕλῃ κεροέσσης
Ὑπολειφθεὶς ἀπὸ μητρὸς (in Gesneri cod. 2. le
Ἐπτοήθη. *ὑπὸ μητρὸς*)

Πρὸς δὲ τοὺς μοιχῶντας τὸ λεχθὲν καὶ μέντοι καὶ
κοντας δεῖν ἐροέσσης γράφειν, ἀντιλέγει κατὰ κράτος
στοφάνης ὁ Βυζάντιος καὶ ἐμέ γ᾽ αἱρεῖ τῇ ἀντι
Zenodotum fuisse qui *κεροέσσης* mutaverit in *ἐρο*
cognoscimus ex Scholiasta Pindari Olymp. III.
ubi haec leguntur: *Ὅτι ἐπιμελῶς οἱ ποιηταὶ τὴν θ*
ἔλαφον κέρατα ἔχουσαν εἰσάγουσι. Καθάπερ καὶ τὴν
λάζουσαν τὸν Τήλεφον γράφουσι καὶ πλάττουσι·
δὲ καὶ παρὰ Ἀνακρέοντι· Ἀγανῶς οἷά τε νεβρὸν νεοθ
γαλαθηνόν, ὅστ᾽ ἐν ὕλαις κεροέσσης ὑπολειφθεὶς ὑπὸ
τρὸς ἐπτοήθη. Ζηνοδότος δὲ μετεποίησεν· ἐροέσσης,
τὸ ἱστορεῖσθαι τὰς θηλείας κέρατα μὴ ἔχειν, ἀλλὰ
ἄρσενας· οἱ μέντοι γε ποιηταὶ πάντας κέρατα ἔχ

ὕσιν. Partem verborum Anacreontis etiam Eusta-
ι ad Iliad. Θ. p. 711. 34. servavit: Φέρεται δὲ
Ἀνακρέοντος χρῆσις αὕτη· Οἷά τε νεβρὸν νεοθηλέα
ιθηνόν. Ego haec divisi in trimetros ionicos: nam
ιe dimetros neque tetrametros esse facile quilibet
ιadvertet. Versu secundo scripsi ἐν ὕλης: et apud
οliastam Pindari legitur ἐν ὕλαις, apud Athenaeum
m et Aelianum ἐν ὕλῃ. Versu tertio ἀπολειφθεὶς
μητρὸς edidi. Ad Anacreontis autem exemplum
ormatum esse videtur Horatii carmen L. I. 23. 1:

Vitas hinnuleo me similis Chloe
Quaerenti pavidam montibus aviis
Matrem non sine vano
Aurarum et siluae metu.
Nam seu mobilibus vepris inhorruit
Ad ventum foliis, seu virides rubum
Dimovere lacertae,
Et corde et genibus tremit.

Fr. L.

Σινάμωροι πολεμίζουσι θυρωροί.

Hic versus legitur in Etymologo Magno p. 713. 26:
ίμοροι πολεμίζουσι θυρωροί· ἐν δευτέρῳ Ἀνακρέοντος·
ιρημένοι, φησί, πρὸς τὸ σίνεσθαι· ἐξ οὗ ἠκούσμεθα
ἐξ ἅπαντος κακουργεῖν προαιρουμένους· οἱ μὲν Ἀττι-
λέγουσι σιναμωρεῖν τὸ λιχνεύειν καὶ Φερεκράτης τὰ
ὕτα κλέμματα σιναμωρεύματα καλεῖ. Recte viri docti
ιexerunt σινάμωροι, quod vel metri ratio efflagitat:
enim versus trimeter ionicus. Σινάμωρος autem
hoc Anacreontis versu lascivum significare videtur.
eodem modo σιναμωρεῖν dicitur, ut est in versu
stophanis Nub. 1053:

Γυνὴ δὲ σιναμωρουμένη χαίρει.

ubi scholiasta dicit: Ἀνδρὶ συνουσιάζουσα πρὸς μίξιν· σινάμωρος δὲ ἡ μεμορημένη· σίνος δὲ τὸ αἰδοῖον. ὅθεν καὶ Σιληνός· σινάμορον οὖν τὸ πορνικόν. Deteriorem hanc scribendi rationem per ο etiam in quibusdam Herodoti codicibus L. V. 92. 6. reperies.

Sed praeterea, ut conjicio, scripsit Anacreon:

Σιναμώρῳ πολεμίζουσι θυρωρῷ.

Cum lascivo janitore pugnant mulieres: videtur enim intelligendus esse amicus ille sponsi, qui in nuptiis a thalamo arcebat mulieres, novae nuptae vociferanti opitulaturas: conferas, quae Pollux dicit L. III. 42: Καλεῖται δέ τις τῶν τοῦ νυμφίου φίλων θυρωρός, ὁ ταῖς θύραις ἐφεστηκὼς καὶ εἴργων τὰς γυναῖκας βοηθεῖν τῇ νύμφῃ βοώσῃ. Hesychius: Θυρωρός· ὁ παρανύμφιος, ὁ τὴν θύραν τοῦ θαλάμου κλείων. Eundem commemorat Sappho Fr. XXXVIII:

Θυρωρῷ πόδες ἐπτορόγυιοι,
Τὰ δὲ σάμβαλα πεμπαβόηα,
Πίσυγγοι δὲ δέκ' ἐξεπόνασαν.

nam ibi janitorem in nuptiis intelligendum esse, docet Demetrius de elocutione c. 167: Σκώπτει Σαπφὼ τὸν ἀγροῖκον νυμφίον καὶ τὸν θυρωρὸν τὸν ἐν τοῖς γάμοις. Et Synesius Epist. III: Ὁ δὲ ἀδικούμενος Ἁρμόνιός ἐστιν ὁ τοῦ θυρωροῦ πατήρ, ὡς ἂν εἴποι Σαπφώ, τὰ μὲν ἄλλα σώφρων καὶ μέτριος ἐν τῷ καθ' ἑαυτὸν βίῳ γενόμενος, ἀλλ' ὑπὲρ εὐγενείας ἀμφισβητῶν τῷ Κέκροπι διετέλεσεν.

Fr. LI.

Μυθιῆται δ' ἀνὰ νήσῳ τριμερίστη
Διέπουσιν Σάμον, ἱρὸν ἄστυ Νυμφέων.

Scholiasta ad Homeri Odysseam L. XXI. v. 71. haec Anacreontis verba servavit: Μύθου· νῦν τῆς στάσεως

καὶ Ἀνακρέων τοὺς ἐν τῇ Σάμῳ ἁλιεῖς ὄντας στασια-
φησιν· μυθῆται δ' ἀννήσῳ μεγίστῃ διέπουσιν ἱερὸν
Sic in editione Buttmanni legitur: vulgo scri-
μυθῆται δ' ἐν νήσῳ μεγίστῃ. Eustathius ad
em Homeri locum p. 1901. 44: Ἐν δὲ τῷ Μύθου
ἐπισχεσίην οἱ παλαιοὶ μῦθον μὲν ἐνταῦθα ἰδίως τὴν
ν λέγουσιν· ἐπεὶ καὶ Ἀνακρέων τοὺς ἐν Σάμῳ θέλων
ν στασιαστάς· Μυθηταὶ δ' ἐν νήσῳ, φησί, διέπουσιν
ἄστυ· ἀντὶ τοῦ στασιασταὶ ἐπίῤῥητοι· ἢ ἄλλως ἐν
ις μόνοις ἔχοντες τὸ σεμνόν· ἢ καὶ ἀγορηταὶ βλαβεροί.
dem Anacreontis locum respexit auctor Etymo-
M. p. 593. 18: Μῦθος σημαίνει καὶ τὴν στάσιν·
εἴρηται παρ' Ὁμήρῳ·

Οὐδέ τιν' ἄλλην
Μύθου ποιήσασθαι ἐπισχεσίην ἐδύνασθε.

καὶ Ἀνακρέων ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν μελῶν μυθίας τοὺς
ιαστὰς ἐπὶ τῶν ἁλιέων λέγει. Conferas denique Apol-
um in Lexico Homer. p. 558: Μῦθος· λόγος· ὁ δὲ
ρέων μυθιήτας τοὺς στασιώτας εἶπεν. Verba cor-
issima ita constitui:

Μυθιῆται δ' ἀνὰ νήσῳ τριμερίστῃ
Διέπουσιν Σάμον, ἱρὸν ἄστυ Νυμφέων.

versus ionicos esse perspexit etiam Buttmannus ad
liastam Homeri eo loco, quem dixi.

Quod vulgo apud Scholiastam Homeri et Eusta-
m legitur μυθῆταί, id nullo pacto defendi potest:
enim molossus loco ionici admittitur, (ut est in
LIV:

Διονύσου σαῦλαι Βασσαρίδες.

feras etiam Marium Victorinum p. 2550. ubi de
so minore disserit: „Recipit autem *molossum* et
aestum, sed raro juncto pariambo, et dactylum,
ur autem per dipodiam.“ Adde Hephaestionem
iö, quamquam hic non satis recte molossum im-

pari tantum loco recipi docet: Ἐπεκτείνουσι δὲ καὶ οἱ μολοττοὶ ἐπὶ τῶν περιττῶν χωρῶν ἐν τοῖς ἀπ' ἐλάσσονος Ἰωνικοῖς, ὥσπερ ἐν τοῖς ἀπὸ μείζονος ἐπὶ τῶν ἀρτίων.) hic tamen minus gratum est pondus trium longarum syllabarum. Huc accedit gravissimum illud, quod μυθητής non potest unquam idem significare, quod στασιαστής. Scripsi igitur μυθιήτας, quod aperte legitur in Apollonii lexico, et confirmatur etiam ea scriptura, quae est in Etymologici Magni loco. Et satis ab omni dubitatione defendit hanc formam Apollonii Dyscoli auctoritas, qui in libro de conjunctionibus in Bekkeri Anecdotis T. II. p. 524. 2. haec dixit: Ἦν οὖν φησὶ πλεονασμὸς τοῦ η ἐν τῷ τοί, ᾧ λόγῳ καὶ τὸ λεγοίη, φεροίη πλεονάζοντι τῷ η, καὶ ὡς ἀπὸ τοῦ ἐγών τὸ ἐγώνη παρὰ Ταραντίνοις καὶ ἐν μέσῃ λέξει τὸ πολεμήϊα, πολιήτης, μυθιήτης, καὶ ἐν ἀρχῇ τὸ ἠβαιόν. Neque enim dubitari potest, quin Apollonius hunc ipsum Anacreontis versum respexerit. Eademque fuit sententia Buttmanni, qui recte docet hoc verbum non a voce μῦθος repetendum esse, sed a μόθος, quod tumultum significat. Μύθον autem Samii dixisse videntur pro μόθος, ut Iones dixerunt ἄγυρις pro ἀγορά, Aeolenses autem ὄνυμα pro ὄνομα, στύμα pro στόμα, et similia. A μύθος autem descendit μυθίτης, et ex hoc fit μυθιήτης, ut πολιήτης ex πολίτης, sicut supra dixerat Fr. I. v. 7:

Οὐ γὰρ ἀνημέρους
Ποιμαίνεις πολιήτας.

Deinde pro ἐν νήσῳ vel ἀννήσῳ scripsi ἀνὰ νήσῳ: Buttmannus legendum esse putavit ἀνὰ νῆσον: at vero ἀνὰ νήσῳ proxime accedit ad scholiastae scripturam, et sic Homerus dixit in Iliadis L. I. v. 14:

Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος
Χρυσέῳ ἀν σκήπτρῳ.

s exemplum secutus est Pindarus, qui in carm. I. v. 6. dixit:

Εὕδει δ' ἀνὰ σκάπτῳ Διὸς αἰετός, ὠκεῖαν πτέρυγ' ἀμφοτέρωθεν χαλάξαις.

dissimile est quod in carm. Olymp. I. v. 40. ur:

Τότ' Ἀγλαοτρίαιναν ἁρπάσαι
Δαμέντα φρένας ἱμέρῳ χρυσέαισιν ἀν' ἵπποις.

id. VIII. 50:

Ἀποπέμπων Αἰακὸν
Δεῦρ' ἀν' ἵπποις χρυσέαις.

ecum componas quod Euripides dixit in Electra 64:

Ἐν δὲ μέσῳ κατέλαμπε σάκει φαέθων
Κύκλος ἀελίοιο
Ἵπποις ἂμ πτεροέσσαις.

n Iphigenia Aul. v. 751:

Ἥξει δὴ Σιμόεντα καὶ
Δίνας ἀργυροειδεῖς
Ἄγυρις Ἑλλάνων στρατιᾶς
Ἀνά τε ναυσὶ καὶ ξὺν ὅπλοις.

Sed quod deinde sequitur *μεγίστη*, id vix tolepotest; omisit autem hanc vocem Buttmannus, totum fragmentum ita constituit:

Μυθιηταὶ δ' ἀνὰ νῆσον διέπουσιν ἱρὸν ἄστυ.

que potuit profecto Samus insula maxima appellari. ae insulae maximae esse creditae sint ab antiquis noscimus ex versibus Alexidis apud Scholiastam Platonis Menexenum p. 243. A:

Τῶν ἑπτὰ νήσων, ἃς δέδειχεν ἡ φύσις
Θνητοῖς μεγίστας, Σικελία μέν, ὡς λόγος,
Ἐστὶν μεγίστη· δευτέρα Σαρδώ· τρίτη
Κύρνος· τετάρτη δ' ἡ Διὸς Κρήτη τροφός·
Εὔβοια πέμπτη στενοφυής· ἕκτη Κύπρος·
Λέσβος δὲ τάξιν ἑβδόμην λαχοῦσ' ἔχει.

At vero Samus modica fuit insula, ut dicit Apulei in Floridis: ambitum insulae trecentorum esse stadiorum refert Strabo L. XIV. p. 637. C: Περίπλου ἐστὶ τῆς Σαμίων νήσου σταδίων τριακοσίων. ubi Casaubonus ex conjectura scripsit σταδίων ἑξακοσίων. Plin enim L. V. 31. dicit: „Samum liberam circuitu oc ginta septem M. passuum, aut ut Isidorus centum. Certe non potuit Samus insularum maxima appella Aliquando existimabam Megistis, pulcri pueri, que Anacreon magnopere dilexit, nomen in illo μεγί latere, sed nunc potius credo Anacreontem scripsi ἀνὰ νήσῳ τριμερίστῃ, quod facile potuit corrumpi (τρι ρίστῃ — μεγίστῃ.) Τριμέριστος etsi alibi non reperi (τριμερὴς enim dici solet,) recte est formatum, sic dicitur τρίκλωστος, τρικύλιστος, similia alia. Τριμερί autem Anacreontem terminatione feminini dixisse probabile reddit vel id, quod Pollux L. II. 103. dicit Καὶ τὰ ῥήματα πτύειν καὶ ἀποπτύειν, καταπτύειν, κατάπτυστον, ἀπόπτυστον· Ἀνακρέων δὲ καὶ καταπτύστη εἴρηκε. (Fr. CXX.)

Samus autem in tres tribus divisa erat: antiquitus quidem civitas in duas partes fuit distribu a Procle et Tembrione, ut cognoscimus ex Themistagora, cujus verba servavit auctor Etymol. M. i voce Ἀστυπαλ. ibi enim haec leguntur: Εἰς δύο φυλ Προκλῆς καὶ Τεμβρίων τὴν πόλιν διένειμαν· ὧν τὴν μ Χησίαν ὠνόμασαν ἀπὸ τοῦ Χησίου ποταμοῦ παρακειμέν τῇ πόλει, τὴν δὲ Ἀστυπαλαίαν ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ ἐκεῖ ὄντος ἄστεως. Sed postea tertia tribus addita esse videtur: certe Herodotus in L. III. c. 26. Sami Aeschrioniam quoque tribum fuisse commemorat: Ἀπικόμενοι μὲν φανεροί εἰσιν ἐς Ὄασιν Πόλιν, τὴν ἔχουσι μὲν Σάμιοι τῆς Αἰσχριωνίης φυλῆς λεγόμενοι εἶναι, ἀπέχουσι δὲ ἑπτὰ ἡμερέων ὁδὸν ἀπὸ Θηβέων διὰ ψάμμου. Et Poly-

..., cum rerum potitus insulam trifariam cum ...ribus Sylosonte et Pantagnoto distribueret, anti...rum illarum tribuum rationem habuisse consenta...m est: conferas quae de Polycrate dicit Herodotus III. c. 39: *Καὶ τὰ μὲν πρῶτα τριχῇ δασάμενος τὴν ... τοῖσι ἀδελφεοῖσι Πανταγνώτῳ καὶ Συλοσῶντι ἔνειμε.* ... igitur potuit Anacreon ipsam insulam *tripar...* nuncupare.

Jam vero quod apud scholiastam Homeri et apud ...thium legitur, *Διέπουσιν ἱερὸν ἄστυ*, id supplere integrare licet ope glossae Hesychii, quae quin hoc ipsum fragmentum referenda sit non dubito: enim haec leguntur: *Ἄστυ Νυμφέων· τὴν Σάμον· ...ρέων· ἐπεὶ ὕστερον εὔυδρος ἐγένετο.* Dixerat igitur ...ereon *ἱερὸν ἄστυ Νυμφέων.* Jam vero ut numerus ...cus restitueretur, scribendum est *ἱρόν*: deinde ad... nomen urbis *Σάμον* post *διέπουσιν*, nam satis ...erque apparet tale quid a metri lege requiri: ...ne quodammodo ipsius Hesychii verba confirmare ...entur: saepius enim ille interpretationi addit ea, ...s in ipso scriptoris loco, quem interpretatur, ...it: sic, ut uno exemplo defungar, Hesychius dicit: *...σαυρίζουσα χερσαίᾳ τροχῇ· ὑπὸ τῆς αὔρας ἡ νοτὶς ...πλήττουσα τῇ τροχῇ· δύναται δὲ οἷον καταλαμβάνουσα· ...υρεῖν γὰρ τὸ καταλαμβάνειν καὶ ἐπιτυγχάνειν.* Scripse... poeta ille (tragicus autem fuisse videtur) sic:

Νοτὶς προσαυρίζουσα χερσαίᾳ τροχῇ.

sic Anacreontis quoque versum restituere licuit:

Διέπουσιν Σάμον, ἱρὸν ἄστυ Νυμφέων.

...ν autem *Νυμφέων* fortasse Samum urbem ideo ...ellat, quia illa a Nymphis primum condita esse ...ebatur: et haec opinio confirmatur quodammodo ..., quae refert Athenaeus L. XV. p. 672. B: *Ἀδμήτην ... φησι τὴν Εὐρυσθέως ἐξ Ἄργους φυγοῦσαν ἐλθεῖν εἰς*

Σάμον, θεασαμένην δὲ τὴν τῆς Ἥρας ἐπιφάνειαν καὶ οἴκοθεν σωτηρίας χαριστήριον βουλομένην ἀποδοῦναι ἐπι- μελεθῆναι τοῦ ἱεροῦ τοῦ καὶ νῦν ὑπάρχοντος, πρότερον δὲ ὑπὸ Λελέγων καὶ Νυμφῶν καθιδρυμένου. Aliter vero haec interpretatus est Hesychius; dicit enim *ἐπεὶ ὕστερον εὔυδρος ἐγένετο.* Atque Samum urbem antiquitus non abundasse aqua conjicias ex eo, quod Herodotus L. III. c. 60. ab Eupalino magnum aquae- ductum exstructum esse refert: *Διὰ παντὸς δὲ αὐτοῦ ἄλλο ὄρυγμα εἰκοσίπηχυ ὀρώρυκται, τρίπουν δὲ τὸ εὖρος, δι' οὗ τὸ ὕδωρ ὀχετευόμενον διὰ σωλήνων παραγίνεται ἐς τὴν πόλιν ἀγόμενον ἀπὸ μεγάλης πηγῆς. ἀρχιτέκτων δὲ τοῦ ὀρύγματος τούτου ἐγένετο Μεγαρεὺς Εὐπαλῖνος Ναυ- στρόφου.*

Samii autem isti *μυθιῆται* videntur intelligendi esse ii, quos Polycrates, vir cautissimus, cum rerum novarum cupidi essent, Cambysi ad bellum contra Aegyptios gerendum misit: sed illi in itinere reversi Polycratem proelio navali vicerunt et insulam ipsam ingressi sunt, sed mox ille eos pugna pedestri supe- ravit et insula decedere coegit. Conferas Herodotum L. III. c. 44. 45. Qui cum Lacedaemonem se contu- lissent, a Spartanis auxilium impetraverunt: atque Samii isti et Lacedaemonii magno exercitu insulam aggressi sunt et ipsam urbem oppugnaverunt, atque etiam suburbium ut occuparent contigit illis, ut refert Herodotus eodem libro c. 54: *Λακεδαιμόνιοι δὲ μεγάλῳ στόλῳ ὡς ἀπίκοντο, ἐπολιόρκεον Σάμον· προςβαλόντες δὲ πρὸς τὸ τεῖχος, τοῦ μὲν πρὸς θαλάσσῃ ἑστεῶτος πύργου κατὰ τὸ προάστειον τῆς πόλεος ὑπερέβησαν, μετὰ δέ, αὐτοῦ βοηθήσαντος Πολυκράτεος χειρὶ πολλῇ, ἀπηλάσθησαν.* Illo igitur tempore Anacreon, ut puto, dixit:

Μυθιῆται δ' ἀνὰ νήσῳ τριμερίστῃ
Διέπουσιν Σάμον, ἱρὸν ἄστυ Νυμφέων.

Fr. LII.

Σικελὸν κότταβον ἀγκύλῃ δαΐζων.

Hic versiculus legitur apud Athenaeum L. X. 427. D: Ἀλλ' ἦν ἀπ' ἀρχῆς τὸ μὲν σπένδειν ἀποδεδομένον τοῖς θεοῖς, ὁ δὲ κότταβος τοῖς ἐρωμένοις· ἐχρῶντο ἐπιμελῶς τῷ κοτταβίζειν ὄντος τοῦ παιγνίου Σικελικοῦ, καθάπερ ὁ Ἀνακρέων ὁ Τήιος πεποίηκε· Σικελικὸν κότταβον ἀγκύλῃ δαΐζων. Pro Σικελικὸν scripsi cum Grotefendo Σικελόν: est enim trimeter ionicus: sed δαΐζων corruptum est, neque tamen cum Grotefendo scribendum est ἀγκυλίζων.

Ἀγκύλη autem non est, quod vult Athenaeus XI. p. 782. D. poculi genus, sed ita nuncupabatur manus ipsa, quae in cottabi ludo ad vinum projiciendum duplicabatur. Et sic etiam in hoc Anacreontis versu accipiendum esse censeo pariter atque in iis, quibus Athenaeus utitur eo loco, quem dixi: Ἀγκύλη, ποτήριον πρὸς τὴν τῶν κοττάβων παιδιὰν χρήσιμον· Κρατῖνος·

Πιεῖν δὲ θάνατος οἶνον, ἂν ὕδωρ ἐπῇ,
Ἀλλ' ἴσον ἴσῳ μάλιστ' ἀκράτου δύο χόας
Πίνουσ' ἀπ' ἀγκύλης ἐπονομάζουσά τε
Ἵησι λάταγας τῷ Κορινθίῳ πέει.

Καὶ Βακχυλίδης·

Εὖτε τὴν ἀπ' ἀγκύλης ἵησι τοῖς νεανίαις
Λευκὸν ἐντείνουσα πῆχυν.

Ἐντεῦθεν νοοῦμεν τοὺς παρ' Αἰσχύλῳ ἀγκυλητοὺς κοττάβους· λέγονται δὲ καὶ δόρατα ἀγκυλητὰ καὶ μεσάγκυλα, ἀλλ' ἀπὸ ἀγκύλης ἤτοι δεξιᾶς χειρός. καὶ ἡ κύλιξ δὲ ἡ ἀγκύλη διὰ τὸ ἀπαγκυλοῦν τὴν δεξιὰν χεῖρα ἐν τῇ προέσει etc. quae seqq.

Siculum autem poeta appellat cottabum, quia hic ludus a Siculis et inventus et maxime frequen-

tatus fuit, ut praeter alios multos docet Athenaeus L. XV. p. 666. B: Ἐπεὶ οὖν ἄπειρος εἶ τῆς τοιαύτης θεωρίας, μάθε παρ' ἐμοῦ, ὅτι πρῶτον μὲν ἡ τῶν κοττάβων εὕρεσις Σικελική ἐστι παιδιά, ταύτην πρώτων εὑρόντων Σικελῶν, (legendum esse censeo duobus verbis inversis: ὅτι πρῶτον μὲν ἡ τῶν κοττάβων παιδιὰ εὕρεσις Σικελική ἐστι·) ὡς Κριτίας φησὶν ὁ Καλλαίσχρου ἐν τοῖς ἐλεγείοις διὰ τούτων·

Κότταβος ἐκ Σικελῆς ἐστι χθονὸς ἐκπρεπὲς ἔργον,
Ὃν σκόπον ἐς λατάγων τόξα καθιστάμεθα.

Compares etiam Callimachi versus apud Athenaeum L. XV. p. 668. C:

Πολλοὶ καὶ φιλέοντες Ἀκόντιον ἧκαν ἔραζε
Οἰνοπόται Σικελὰς ἐκ κυλίκων λάταγας.

Fr. LIII.

Ἐπὶ δ' ὀφρύσιν σελίνων στεφανίσκους
Θέμενοι θάλειαν ὀρτὴν ἀγάγωμεν
Διονύσῳ.

Hi versus leguntur apud Athenaeum L. XV. p. 674. C: Ἐστεφανοῦντο δὲ καὶ τὸ μέτωπον, ὡς ὁ καλὸς Ἀνακρέων ἔφη·

Ἐπὶ δ' ὀφρύσιν σελίνων στεφανίσκους
Θέμενοι θάλειαν ὀρτὴν ἀγάγωμεν Διονύσῳ.

Divisi autem hos versus in trimetros, non semel illos quidem ab Anacreonte usurpatos, cum alii dimetros, alii tetrametros restituendos esse putaverint.

Versu primo legebatur vulgo ἐπεί: sed ἐπὶ recte scribitur in Epitome et apud Eustathium p. 1908. 56. ed. Rom: Ὅτι δὲ διὰ τὸ τίμιον ἁγνὴ ἑορτὴ καὶ θάλεια λέγεται, ὡς τοῖς θύουσιν αἰτία τοῦ θάλλειν, δῆλον

τοῦ· Ἐπὶ δ' ὀφρῦσι σελίνων στεφανίσκους θέμενοι θάλειν ἑορτὴν ἀγάγωμεν· ἐν ᾗ δηλαδὴ ἔθαλλον ὑποβάλλοντα φασι τὰ εἰωθότα. Et confirmat hoc etiam Scholia Pindari, qui ad Olymp. carm. III. v. 19. haec tet: Τὸ ἑξῆς· βλεφάρων ὑψόθεν· οὕτω γὰρ ἐστέφοντο τοῦ μετώπου. Ἀνακρέων· Ἐπὶ δ' ὀφρύσιν σελίνων φανὸν (vulgo στεφάνων) θέμενοι. Pro ὀφρύσιν apud henaeum legebatur ὀφρύσι.

Versu secundo quod olim edebatur ἑορτὴν, id rmannus in Element. doctr. metr. p. 486. jure itavit in ὀρτήν. Ceterum hoc quoque carmen Sami e scriptum videtur. Sami autem cultum esse Bacum docent vel nomina Ἐλυγεύς et Ἐνόρχης, quae mio Baccho propria fuisse auctor est Hesychius; it enim T. I. p. 1176: Ἐλυγεύς· Διόνυσος ἐν Σάμῳ. inferius: Ἐνόρχης· Διόνυσος ἐν Σάμῳ. Et Bacchum, i cognomen fuit Γοργυιεύς, cultum esse Sami refert ephanus Byzantinus v. Γόργυια· τόπος ἐν Σάμῳ, ὡς τορεῖ Δοῦρις· ἐν ᾧ Διόνυσος Γοργυιεὺς τιμᾶται.

Fr. LIV.

Διωνύσου σαῦλαι Βασσαρίδες.

Hic versus legitur apud Hephaestionem p. 69: αρὰ δὲ τῷ Ἀνακρέοντι ἑτέρως ἐσχημάτισται — τὸ δὲ παληκτικόν· Διωνύσου σ. Β. Dubitari autem possis, rum Anacreon continuatis trimetris ionicis catacticis carmina composuerit, an in fine tantum stroarum eos collocaverit: mihi quidem probabilius esse detur, systemata integrorum trimetrorum hoc versu minata fuisse: et fortasse hic versus referendus est l illud ipsum carmen, e quo superiores petiti sunt.

Fr. LV.

Οὐδ᾽ αὖ μ᾽ ἐάσεις μεθύοντ᾽ οἴκα[d᾽]
ἀπελθεῖν;

Legitur hic versus apud Scholiastam ad Aesch[yli] Prometheum v. 128: Ὁ ῥυθμὸς Ἀνακρέοντος κεκλασ[μένος] πρὸς τὸ θρηνητικόν· ἐπεδήμησε γὰρ τῇ Ἀττικῇ Κρι[τίου] ἐρῶν καὶ ἠρέσθη λίαν τοῖς μέλεσι τοῦ τραγικοῦ· ἐχρ[ῶντο] δὲ αὐτοῖς οὐκ ἐν παντὶ τόπῳ, ἀλλ᾽ ἐν τοῖς θρηνητι[κοῖς,] ὡς καὶ Σοφοκλῆς Τυροῖ· ἔστι δὲ ταῦθ᾽ ὅμοια τῷ·

Οὐδ᾽ αὖ ἐάσεις με μεθύοντ᾽ οἴκαδ᾽ ἀπελθεῖν.

Vere autem Hermannus in Element. Doctr. Me[tr.] p. 493. hunc versum Anacreontis esse existimat, [et] turbatum verborum ordinem restituit. In fine vers[us] posui signum interrogationis: οὐδ᾽ αὖ non infreque[ns] est in quaestionibus. Sic Aristophanes dixit in Eccle[-]siazusis v. 667:

Οὐδ᾽ αὖ κλέπτης οὐδεὶς ἔσται; Πῶς γὰρ κλέψει μ[ετὸν] αὐτῷ;

Nec dissimile est οὐκ αὖ, quod legitur apud Aristo[-]phanem in Vespis v. 94:

Οὐκ αὖ σὺ παύσει χαλεπὸς ὢν καὶ δύσκολος;

conferas quae de hac re dixit Winckelmannus [ad] Platonis Euthydemum p. 103.

Hoc autem carmen, ut ex scholiasta Aeschy[li] cognoscimus, scriptum fuit ad Critiam, Dropid[ae] filium, cujus familiaritate usus est Anacreon, cu[m] apud Hipparchum Athenis versaretur. Plato quide[m] in Charmide dicit Critiam ab Anacreonte, Solon[e,] aliis poetis elatum esse summis laudibus, haec eni[m] in illo dialogo p. 157. E. leguntur: Ἥ τε γὰρ πατρῴ[α] ὑμῖν οἰκία ἡ Κριτίου τοῦ Δρωπίδου καὶ ὑπὸ Ἀνακρέοντ[ος] καὶ ὑπὸ Σόλωνος καὶ ὑπ᾽ ἄλλων πολλῶν ποιητῶν ἐγκεκ[ωμιασμένη]

σμένη παραδίδοται ἡμῖν ὡς διαφέρουσα κάλλει τε καὶ τῇ καὶ τῇ ἄλλῃ λεγομένῃ εὐδαιμονίᾳ. Fuit autem tempore, quo Anacreon Athenis versatus est, tias ille juvenis aut certe juveni proximus. Anaon autem, quem arcessiverat Hipparchus (vid. Plato dialogum cognominem p. 228. C: et Aelianum Var. stor. L. VIII. c. 2.) non videtur prius Samum iquisse, quam interfecto Polycrate: vixit igitur henis maxime Olympiade sexagesima quinta et cta: nam post Hipparchi caedem rursus Athenis migravisse videtur. Dropides autem Solonis et gnatus (quidam utrumque patre Execestide oriunm esse falso ferebant; conferas Scholiastam ad atonis Timaeum p. 20. E.) et amicus fuit: comres Platonis Timaeum eo loco, quem modo commeravi, ubi Critias junior haec dicit: Ἄκουε δή, ὦ ὠκρατες, λόγου μάλα μὲν ἀτόπου, παντάπασί γε μὴν ηθοῦς, ὡς δὴ τῶν ἑπτὰ σοφῶν σοφώτατος Σόλων ποτ' η· ἦν μὲν οὖν οἰκεῖος καὶ σφόδρα φίλος ἡμῖν Δρωπίδου ῦ προπάππου, καθάπερ λέγει πολλαχοῦ καὶ αὐτὸς ἐν ιήσει. Is Dropides archon fuit Athenis Olympiadis adragesimae sextae anno quarto, ut ex Philostrato it. Sophist. I, 16. colligi potest: dicit enim ille: πεὶ δὲ ἄριστα μὲν ἦν πεπαιδευμένος, γνώμας δὲ πλείστας μηνεύων, ἐς Δρωπίδην δ' ἀναφέρων, ὃς μετὰ Σόλωνα θηναίων ἦρξε, οὐκ ἂν διαφύγοι παρὰ τοῖς πολλοῖς τίαν. Solon enim ejusdem Olympiadis anno tertio chon fuerat. Critiam autem hunc sunt qui statuunt lympiadis quadragesimae septimae anno primo arontem fuisse: quod ego fieri posse negaverim: senex im fuisset Critias illo tempore, quo ejus familiaritate naereon usus est: neque ullo pacto fieri potuisset, t Critias junior, filius Callaeschri, nepos hujus Critiae eum potuerit cognoscere, id quod fingit Plato.

falso ille quidem vel sic: sed profecto non potu ille in hunc errorem incidere, si illo tempore quior Critias archon fuisset: (tanto enim ann spatio uterque Critias esset disjunctus, ut ne potuerit quidem avus, alter nepos esse:) autem Plato in Timaeo p. 21. B. Critiam ju rem haec loquentem inducens: *Ἐγὼ φράσω, παλ ἀκηκοὼς λόγον οὐ νέου ἀνδρός· ἦν μὲν γὰρ δὴ Κριτίας, ὡς ἔφη, σχεδὸν ἐγγὺς ἤδη τῶν ἐνενη ἐτῶν, ἐγὼ δέ πη μάλιστα δεκέτης.* Neque obstat opinioni, Critiam juvenem fuisse eo tempore, Anacreon Athenis versatus est, id quod idem a Sol celebratus est, ut cognoscimus ex Platonis Charm eo loco, quam dixi: *Ἥ τε γὰρ πατρῴα ὑμῖν οἰκί Κριτίου τοῦ Δρωπίδου καὶ ὑπὸ Ἀνακρέοντος καὶ Σόλωνος καὶ ὑπ᾽ ἄλλων πολλῶν ποιητῶν ἐγκεκωμια παραδίδοται ἡμῖν* et quae sequuntur. Conferas eti quae Critias junior in Platonis Timaeo p. 20. dicit: *Πρὸς δὲ Κριτίαν τὸν ἡμέτερον πάππον εἶπεν (Σόλ ὡς ἀπομνημόνευεν αὖ πρὸς ἡμᾶς ὁ γέρων, ὅτι μεγάλα θαυμαστὰ τῆσδ᾽ εἴη παλαιὰ ἔργα τῆς πόλεως, ὑπὸ χρ καὶ φθορᾶς ἀνθρώπων ἠφανισμένα· πάντων δὲ ἓν μ στον, οὗ νῦν ἐπιμνησθεῖσι πρέπον ἂν ἡμῖν εἴη σοί ἀποδοῦναι χάριν, καὶ τὴν θεὸν ἅμα ἐν τῇ πανηγ δικαίως καὶ ἀληθῶς οἷόνπερ ὑμνοῦντας ἐγκωμιάζειν.* Solonis versus ad Critiam servavit scholiasta ad hu Platonis locum:

Εἰπέμεναι Κριτίῃ ξανθότριχι πατρὸς ἀκούειν·
Οὐ γὰρ ἁμαρτινόῳ πείσεται ἡγεμόνι.

Primo versu utitur Cleophon in ignominiam Critiae junioris apud Aristotelem Rhetor. L. I. c. 15: *Καὶ Κλεοφ κατὰ Κριτίου τοῖς Σόλωνος ἐλεγείοις ἐχρήσατο, λέγων πάλαι ἀσελγὴς ἡ οἰκία· οὐ γὰρ ἄν ποτε ἐποίησε Σόλων·*

Εἰπεῖν μοι Κριτίᾳ πυῤῥότριχι πατρὸς ἀκούειν.

ἡμίτριχα autem Critiam ignominiose compellat Cleo-
n: falluntur enim qui hoc quoque loco ξανθότριχι
bendum esse censent. Solon ante illo tempore
rum hunc Critiam carminibus celebravisse videtur,
vixit Athenis, Pisistrato jam rerum potito: nam
tarchus quidem in vita Solonis c. 32. ex Hera-
e Pontico refert Solonem rerum publicarum forma
Pisistratum immutata diu Athenis superstitem
se: Ἐπεβίωσε δ' οὖν ὁ Σόλων ἀρξαμένου Πεισιστρά-
τυραννεῖν, ὡς μὲν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἱστορεῖ,
νὸν χρόνον. Fuerit igitur Critias circa Olympiadem
nquagesimam quartam natus: ut illo tempore, quo
creon Athenis versatus est, virili aetate fuerit,
amquam ne sic quidem, id quod Plato fingit, hic
tias nonagenarius a juniore Critia potuit videri.

Athenis autem Anacreon viris summis familiariter
s est; ita ibi etiam Xanthippi illius, qui Peri-
fuit pater, et postea in pugna ad Mycalem victor
gnam nominis claritatem adeptus est, consuetudine
s esse videtur; siquidem Himerius Orat. V. p. 476.
it: Οὐδὲν ἐραστῇ παρ' ἐρωμένου βαρὺ καὶ δύσκολον.
πευδε μὲν Ἀνακρέων εἰς Πολυκράτους στελλόμενος τὸν
αν Ξάνθιππον προςφθέγξασθαι. Videtur enim Hi-
rius Polycratem cum Hipparcho confudisse. Jure
em Xanthippus ille Atheniensis potuit magnus dici:
ue eo tempore, quo Anacreon Athenis commoratus
, adolescens fere fuit. Et familiaritatem inter Xan-
ppum et Anacreontem intercessisse colligo etiam ex
usania L. I. c. 25: Ἔστι δὲ ἐν τῇ Ἀθηναίων ἀκρο-
ει καὶ Περικλῆς ὁ Ξανθίππου καὶ αὐτὸς ὁ Ξάνθιππος,
ἐναυμάχησεν ἐπὶ Μυκάλῃ Μήδοις. ἀλλ' ὁ μὲν Περι-
ους ἀνδριὰς ἑτέρωθι ἀνάκειται· τοῦ δὲ τοῦ Ξανθίππου
σίον ἕστηκεν Ἀνακρέων ὁ Τήιος, πρῶτος μετὰ Σαπφὼ
Λεσβίαν, τὰ πολλά, ὧν ἔγραψεν, ἐρωτικὰ ποιήσας,

καί οἱ τὸ σχῆμά ἐστιν, οἷον ᾄδοντος ἂν ἐν μέθῃ γυ- *ἀνθρώπου.* Nam propter hanc ipsam amicitiam utr- que imagines in vicinia collocatae esse videntur; rum Leonidas Tarentinus similem statuam, atque Athenis in arce fuit, ob oculos habuisse videtur, Anacreontem sic describit in Anthologia Jacobsii T. p. 163. (Anthologia Planud. IV. 306.):

Πρέσβυν Ἀνακρείοντα χύδαν σεσαλαγμένον οἴνῳ
Θάεο, δινωτοῦ στρεπτὸν ὕπερθε λίθου.
Ὡς ὁ γέρων λίχνοισιν ἐπ᾽ ὄμμασιν ὑγρὰ δεδορκ-
Ἄχρι καὶ ἀστραγάλων ἕλκεται ἀμπεχόναν.
Δισσῶν δ᾽ ἀρβυλίδων τὰν μὲν μίαν, οἷα μεθυπλ-
Ὤλεσεν, ἐν δ᾽ ἑτέρᾳ ῥικνὸν ἄραρε πόδα.
Μέλπει δ᾽ ἠὲ Βάθυλλον ἐφίμερον, ἠὲ Μεγιστέα,
Αἰωρῶν παλάμᾳ τὰν δυσέρωτα χέλυν.
Ἀλλὰ πάτερ Διόνυσε, φύλασσέ μιν, οὐ γὰρ ἔοικ-
Ἐκ Βάκχου πίπτειν Βακχιακὸν θέραπα.

Similiterque alii poetae Anacreontis imaginem pinxerunt.

Scholiasta autem Aeschyli graviter errat, Anacreontem Aeschyli carminibus magnopere delectat- esse dicit: eo enim tempore, quo Anacreon Ath- Hipparchi hospitio usus est, Aeschylus infans paucorum annorum fuit.

Fr. LVI.

Φίλη γὰρ εἶ ξένοις· ἔασον δέ με
ψῶντα πιεῖν.

Hic versus legitur apud Athenaeum L. X. p. F: *Καὶ Ἀνακρέων·*

Φίλη γὰρ εἶ ξένοις·
